

do, non sine precipitio periculo superavit, ut rudes animulas induerent, & Christo lucrifaceret. Horam e numero fuit S. Theresia, quae postquam secleratum peccatricem convertit, e jusque deinde animam post vitam sancte peractam ad calos transferri confexit, dicere postmodum solebat, se libentissime purgatorii ignibus ad usque mundi finem utulari velle pro unica anima Christo lucranda. Horum e numero fuit Jagello Lithuaniae Princeps (Cronica, ad ann. 1386.) qui in Poloniae Regem electus, in sacro Baptismi late nomen Uladislai assumpsit: Cogitabat piissimus princeps totam Lithuaniam ad fidem Christi convertere, & cumque sacros Praedicatorum lingua peritos non haberet, ipse ad suos subditos verba salutis fecit, quibus innumerabiles animas, & tandem totum Principatum ad fidem convertit.

7. Age, mi Christiane, amulare pios Sanctorum conatus! stude operam conferre ad instructionem, & salutem rudium animarum! Non ego ita loquor, sed zelosissimus Didacus Stella in Luc. c. 15. inquit: *ex hoc Christo* (& Sanctorum) *exemplo discamus, ut etiam nos alios animas a peccatis abstrahamus, & ad bonam vitam, quia non poterit ad tam excellentem caput tibi deesse occasio, si tu occasioni non desis. Quaris, quomodo & qua ratione? Imprimis si parens aut pater-familias es, cura, ut liberi & subditi tui per teipsum, aut per alios in principis sanctae fidei bene ac fundamentaliter instruantur. Vides forsitan inopem ac miseram Acatolichorum prolem, a parentibus derelictam, fac, ut in salvifica Religione educetur. Noli nonneminem ex haereticis, qui instigante Divini Spiritus gratia ad ovile Christi desiderata reverti, sic illi conversionis opportunitatem, recipere illum in domum, aut servitium, & lucratus sis, ad animas: Si famulus aut subditus sis, da operam, ut ea, quae in confectione, aut catechesi utiliter audisti, aliis in domo opportune enarres. Si ancilla sis ad liberorum educationem conducta, stude, ut tuis neris animabus per quotidianos discursus Dei Divinae Matris amorem, alique pia principia infilles. Advertis forte amicum, famulum, aut alium, qui in iidem tecum adibus degit, in periculosa sceleris consuetudine haerere, vide, ut illi amica conversatione pias cogitationes suggeras, aut damnationis discrimen, in quo versatur, exponas: si audierit te, lucratus es animam illius. Haec sunt optimae occasiones instruendi, & ad salutem semitam reducendi errantes, quarum quam plurimas tibi Dei & proximi amor subministrabit. Et si haec omnia defuit, non est facile didici, quanta bona praestare valeas, si in ipso familiaris, & quotidiano discursu a nugis nugarum, & sepe a sarcilooquis verba ad Deum, & res Divinas detorqueas. Gentilium quidam Regulus, prout S. Joannes Damascenus ap. Daverolt. c. 7. tit. 14. n. 1. commemorat, cum aliquando per urbem vesperam Procerum comitatu per subem*

ambularet, incidit in hominem caecum, qui domi suae inops & pauper una cum uxore laborabat, & cantillabat. Interrogavit eum ex aulicis nonneminem, qui Christum prohibebatur, quomodo fieri possit homines tam miseros exultare & laetari? Et ecce! Christianus, hanc occasionem nactus, de vite aeternae praemii, quae caecus iste speraret, multa differens, adeo placuit, ut ille abstrata infidelitatis caligine Christi fidem amplexus, & post vitam peractam salvatus sit: Ob quos ejusmodi conversionum fructus in familiari discursu sepe citra specu factos in illa decretoria die videbimus; quia nimis quam verum est, quod verba amici ad amicum nonnunquam majorem efficaciam habeant, quam ipsa verba sacerum Oratorum! Probatio habetur ab experientia.

8. Non igitur dicas, mi Christiane: Sum homo laicus, non Ecclesiasticus, non Religiosus, non ad curam animarum deputatus, quid ad me salus & instructio aliorum? hanc enim obsecrationem, juxta doctrinam hadenus traditam, jam dudum consultavit S. Augustinus tract. 90. in sua inquit: *Noli quiescere laetari Christi in il enim, non obstante, quod laicus sis, poteris facere, in domo tua, cum amico tuo, cum inquilino, cum cliente tuo, cum muliere, cum minore, quomodo Deus dat adiutum esse. Vah! iam homo simplex, & illiteratus, nec possit formare eruditus efficitur! Quid tum? Dominus Deus plerumque efficax cooperatur sanctae simplicitati, quam ingeniosissima eloquentiae, ut offendat, conversionem animarum non tam pendere ex sublimitate verborum, quam ex sinceritate affectus. Quis unquam & sanctis simplicior, & illiteratus fuit sancto spiritidoneo? Et tamen in Concilio Niceno altissimum Philosophum, quem ceteri Patres non poterant, ipse superavit, ac convicit. (Rossigni. cont. 1. p. 2. mir. 6.)*

9. Neque gratis id a te, mi Christiane, requiro; indubitanter enim persuasum sum, co operari ad salutem, & instructionem proximi esse non tam libera voluntatis, quam obligacionis, juxta clarissimum Divini Spiritus dogma: *Mandavit utique de proximo suo.* (Eccl. 17.) Vis plura? Memento Evangelicae parabolae, ubi homo quidam peregre proficiscens, famulus suis fortunas suas ditribuens, unum quique, alteri duo, & ultimo unum talentum credidit. (Matth. 25.) Postliminio, ubi ad itihere reverens fuit, venit ad illum famulus, cui quinq; talenta tradita sunt, oblitusque alia quinq; quae lucrifecerat: Similiter, qui duo talenta accepit, oblitus alia duo, & insuper tandem, ac remuneracionem a domino recepit. Demum adfuit etiam famulus, qui unum talentum accepit, causatusque auferentiam domini falsus est, quod talentum sibi conceditum, subus teram desolatum, diligerent quidem asseravit, sed de cetero lucrum nullum fecerit. Quid dominus ad ista? Indignandus concessit praecipit, desiderium famulum abripit, & in-

& incarcerari. Quid autem ita? quare S. August. ubi supra. Quid mali fecit? An talentum fidei sine commisso perdidit, ac dissipavit? Nihil minus. Sed carcere & exilio punitus est, quia sine lucro servavit. Nota tibi haec, mi Christiane! Non satisfacis Deo, si talentum tibi datum asserves, fed necesse est, ut lucrum facias. Quamquam tunc non quique, nec duo talenta, sed tantum unicum receperis, metue in te nebras exteriores ejici, si illud sine honore restituas.

10. Epilogus. Age ergo! Excita teipsum, & ad animarum lucra totus quantus convertere, nec ullam occasionem praetermitte, qua poteris proximo tuo boni aliquid suggerere; indignus enim calo est, qui quisque illic sine comite veni! O quantum animarum appendicem sancti Apostoli, & illi animarum zelotes, quorum supra meminimus, in illa die secum trahent! Sanctus Petrus Judaeorum, Sanctus Paulus gentilium conversorum Dax apparebit! S. Andreas ex Achaja, S. Thomas ex Indis, S. Mathias ex Aethiopia, S. Philippus ex Scythia, S. Bartholomaeus ex Armenia, S. Simon ex Aegypto, S. Thaddeus ex Mesopotamia, alique ex aliis mundi partibus innumerabiles animas adducunt! Quomodo tu aliquando, mi Christiane! quae comitatu ad caeli portam comparabis? Crede mihi, cum illic deventeris, tere ante cetera omnia quaerere: Ubi sunt subditi tui? ubi liberi? ubi domestici, ubi amici & consules, quos laevi opera, & facili discursu in bono confortare, a malo retrahere, in ignorantia instruire, ab errore corrigere, & Christo lucrificare potuisses? ubi sunt? Quid tunc respondebis, mi Bone? Oh si sergotapis, jam nunc agere decerne, quae tunc egisse frustra optulisti! Morem gere S. Greg. Hom. 6. in Evang. momenti: *Si ad Deum venis, cura, ne ad eum selus venias.* Non leve tibi hujus industriae praemium proponitur; docent enim universum sancti Patres, vix fieri posse, ut ille, qui unicum peccatorem ad Deum converterit, aeternum pereat, juxta illud: (Jac. 5.) *Qui convertit seculum peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte.* Ubi graeca interpretatio cum Venerabilis Bedae & Carthusiani legatur: *Salvabit animam suam a morte.* Amen.

In Festo Visitationis B. V. Mariae.

CONCEPTUS LXII.

De tertio Opere Misericordiae spiritualis quod est, Dubitantibus bene consulere.

Abiit in montana cum festinatione. Luc. 1.

B. V. in montana abiit, ut dubitantibus consulere.

1. Siquis nosse cupit, quae causa impulerit sanctissimum Dei genitricem abundi cum festinatione in montana, advertat animum ad sequentem discursum. In domo Zachariae & Elisabeth tam ante, quam post natiuitatem sancti Joannis Baptistae omnipotens Deus adeo mi-

ra miranda operabatur, ut & domestici & amici per totam lae viciniam prodigiola rerum varietate obfusperati capere non poterant, quid sibi vellent hac signa & Dei magnalia. In primis capere non poterant, cur & quem in finem Elisabeth, quae a multis annis cum viro suo Zacharia in sterili conjugio vixerat, jam proventus & canescentibus annis, a sex mensibus secunda praegraret? Deinde, cum proles in lucem fuit edita, erat dissensio & controversia inter consanguineos de nomine, quod infanti tribuere oporteret, volentibus quibusdam, ut nomine patris sui Zacharias, aliis, ut ad mentem matris suae Joannes vocaretur, donec mutus genitor postularum pillarem scripsit: *Joannes est nomen eius.* (Luc. 1.) Tertio, cum ipsa die natiuitatis mutus genitor soluto linguae vinculo loqui, imo plenus spirit. Sancto prophetare cepit, atque ex prodigiis circumstanti appareret, quod manus Domini esset cum neo-nato infante, factus est timor super omnes vicinos, & nemo fuit, qui non cogitaret, aut interrogaret: *Quis, putas, puer iste erit?* Igitur Beatissima Virgo Maria festinanter abiit in domum Zachariae & Elisabeth, ut perplexis tot dubia resolveret, & mytheria operum Numinis illis revelaret. Amantissima cognata (ita Mariam cum Elisabeth loquentem mihi imaginor) causa, propter quam sterili fecunditate (ita Mariam cum Elisabeth loquentem mihi imaginor) causa, propter quam sterili fecunditate prolem concepsisti, ea est, ut demonstretur possibilitas Incarnationis Filii Dei ex immaculata Virgine nascitur, quia, ut locutus est Angelus, non erit impositibile apud Deum omne verbum. Deinde nomen Joannes, quod interpretatum idem significat ac Gratia, proli tuae calitus decretum est, quia ille extincto veteri testamento legem gratia promulgabit. Tertio, si nosse desideras, quis puer ille futurus sit, scias, velim: Erit anachoretarum alpha, erit praeco poenitentiae, erit angelus in carne, erit Dominici adventus Praecursor, erit Martyr veritatis, erit tantus talisque, ut non fuxerit major inter natos mulierum. Haec Maria discogantam; necque dubium mihi est, quod illam portio de Natiuitate Domini, de Vita, Passione, ac morte divini Filii sui, & orta exinde humani generis redemptione intruxerit.

Principio de Opere Misericordiae, dubitantibus bene consulere, discutendum erit.

2. Propositio. En! mi Christiane, Beatissima Virgo Maria hodie dubitantibus, & cogitationum perplexitate laborantibus Confiliaria tubenit; ideo anam capio differendi de tertio opere Misericordiae spiritualis, quod est, dubitantibus bene consulere. Quid autem dicam? Explicabo, quanta fit utilitas, imo necessitas alieni consilii: quis in rebus arduis consilio adhibendus sit, quae sint illa negotia, in quibus vel maxime aliorum iudicio acquiescendum: quomodo consilium ad regulas prudentiae utiliter dandum sit, & quae sint similia

Cur autem hoc, quod est, dubitantibus bene consulere, comparatur elemosyna, & reputatur inter opera Misericordiae? Percipe responsum S. Augustini in Psalm. 125. *Consilio indiget pauper, tu plebem in consilio: Da consilium, & prestabit elemosynam.* Attendite! Favete!

§. I. Primo, quanta sit utilitas & necessitas alieni consilii.

3. *Confirmatio.* Quanta sit utilitas, imo necessitas in rebus ambiguis alienum explorare consilium, licet Proverbia testes luculenter expresserit verbis illis: *Invenietur, & quis dicitur delectatur cor: Et bonis amici consilium anima delectatur.* Ut comparationem capias, mi Christiane, imagine tibi hominem, qui in hac populi multitudine, deficientibus spiritibus, in deliquitum cadit: Quid factu opus est? quomodo infirma succurrendum? Expedi, ut consilium adit nonnemo, qui naribus deliquitum pasti balneum illinat, ita ille rescificata spirituum vitalitate ad animum redibit. En! sit bonis amici consilium anima delectatur! En! sit bonis amici in re ardua inter sacrum & solum constitutus, quid agere ut omittere debeat, totus animi impetus ignorat, est, amicum conveniat, atque cum eo animi sui sentia deliberando, & ad prudentem regulam expendendo conferat, experitur, se sibi esse presentem, qui antea totus erat a seipso alienus.

4. Exempla hujus rei habemus in hominibus sanctissimis juxta ac perspicacissimis, qui licet omnigena sententia & rerum experientia fuerint instructi, tamen in suis negotiis aliorum consilia adhibere non dedignant. *Sunt.* Quis unquam sapientior Moysae, quem Deus infans quasi populi Ducem, Redactorem constituit? Et tamen a Jethro sacerdote Madian consilium accepit ea promptitudine, ut ajat Scriptura (Exod. 18.) Moysen fecisse omnia, quae ille suggererat. Quis unquam sapientior Davide? Habuit spiritum Dei, & in omnibus negotiis tam pace quam bellicis presentaneum Dei auxilium sibi adehse experitur est; & tamen domi forisque semper lateri adjectos habebat Prophetas Gad & Nathan, quibus tanquam consiliariis uti, usque inconcussis nihil agere solebat. (1. Reg. 22.) Quis unquam sapientior Salomone? Locutus est parabolis sine fine, & sicque discursus eruditissimos a cedro usque ad hyssopum, ita ut Regina Saba, aliique ex remotissimis regionibus Hierosolymam advenerint ad audiendam eius sapientiam; & tamen consiliarios adhibuit, inquiring: *Audient sapientior erit.* (Prov. 1.) Quibus verbis inuit, non esse in mundo sapientiam, quae auditis aliorum, etiam minorum, consiliis nequaquam augetur. Promoveo argumentum: Ipsi Angeli natura perspicacissimi alieno consilio, relicto suo, acquieverunt. Cum enim duo Angeli ad vesperam in urbem Sodomam advenerint a Patriarcha Loth in domum suam invitati sunt, non acceptarunt illi oblatum hospiti-

tium, dicentes: *In platea manebimus.* (Gen. 19.) Cum autem Patriarcha Loth inconvenientiam hujus mansionis improbaret, adducitque efficacissimis rationibus demonstraret, non esse honestati consonum, juvenes pulcherrimos, advenas, & ignotos nocturno tempore in platea versari, cessarunt sua opinione, & ades Patriarchae ingressi oblata hospitalitatis obsequia acceptarunt. Plus dico? Mundi Redemptor, qui est incarnate Patris Sapientia, non recitavit opinionem discipulorum audire, cum enim in deserto quatuor hominum millia praesente essent, cum Philippo (Marc. 8.) & alia vice, (Marc. 17.) cum ad urbem Capharnaum redigal obviandum esset, cum Petro consilia agitare coepit. Astringe denique ad ipsam Deitatis thronum! Videtur ipse Deus Optimus Maximus nihil sine consilio aguisse; creavit quidem caelum & terram per unicum verbum: *Fiat lux & facta est lux!* *Fiat firmamentum & factum est firmamentum!* *Fiant animalia, reptilia, volatilia, & natantia, & haec omnia facta sunt!* Verum sexta die, cum homo formandus esset, Sanctissima Trinitas quasi in concilio congressa deliberavit, devecique: *Faciamus hominem!* Cur autem ita? Quid opus est tanta lentitudine? Dicit Deus est homo? Abest hinc! subintrat hic S. Gregorius Nyssenus de op. hom. Quamquam enim Deus errare necius se velociter, & quasi tumultuoso opere hominem creare potuisset, lente tamen, & quasi meditante procedere voluit, ut homo a sui creaturae, sine omnia agere cum consilio. En! mi Christiane, tanta est utilitas, tanta necessitas, in rebus bene tractandis amplecti alienum consilium, ut homines sanctissimi juxta ac prudentissimi, imo Angeli, & cum incarnato Dei Filio ipse alitissimus Deus haec, & non alia via procedere voluerit. *Fili, sine consilio nihil facias, ait Eccle. siasticus c. 22.*

§. II. Secundo, quis in rebus arduis consilio adhibendum.

5. Sed quare? Quis in rebus arduis consilio adhibendus sit? Multiplex est ad hanc questionem responso. Dico primo: Neminem minus consilio adhibeas, quam teipsum; notissimum enim est illud: Qui sibi ipsi magister est, stultum habet pro discipulo. Cai consonat illud Divi Basilii Hom. 6. in dilect. *Ex teipso cogitas consilium? Improvidente uteris consilio.* Habetur ab omnium seculorum experientia, illa negotia, quae ab homine, quantumvis alia doctore, intelligente & illuminato, contra voluntatem aliorum gesta sunt, plerumque feliciter cessu caruisse. Videtur Deus id ordinasse in potestatem superbia, quae homo sui iudicii tenuis putat, se supra alios sapere; prout discitur Aug. Ep. 174. Atque haec maledictionem quondam Deus imprecatus est Israeli, inquiring: *Consilium datur Israel voluntate sua.* (Osae 10.) Quasi diceret: Eo ipso, quod Israel voluntatem suam pra-

aliena amplectatur, permittat, ut sine sperato negotii successu nil nisi confusionem reportet. Etenim i lachryosa utique res! Si hac sententia fulminata fuisset in Ephraim, qui fuit simplex, perverfus, seducus, non habent cor, minus revera mirum foret; verum quod Israel, ille videtur Deum homo tam sublimis, & sanctus in confusionem incidit, magis dolendum est. (Segneri Matr. An. 29. Mart. n. 3.) Verum id decrevit Deus, ut scias, etiam si elatus esses ad excelsa contemplationis donum, ad extases, ad revelationes, ad visiones, ita ut familiarissime loquereris cum Deo, instar Pauli jam rapus ad tertium caelum, tamen sequi non debeas propriam sentiam, sed itate sententia illius Ananiam, qui tibi dicit, *quid te oportet facere.* (Act. 9.) Prohibitum est medicis agrotantibus sibi ipsis medicum praescribere: Parem in modum, & multo magis necesse est, ut quis in his, quae animam concernunt, alterius dictionem se subiciat. Haec continua fuit praxis tam Dei, quam amaram Deo dilectarum; quamvis prudentes, & aptae fuerint etiam alienis tractandi spiritus, tamen suum alterius regimini submiserunt, prout fecit Eather, quae fuit typus animae excelsae, *quidquid Mandarobus praecipit, observavit.* (Eph. 2.) Dico jam secundo: Consilio adhibendi sunt non homines discipuli, imprudentes, ac scelerati; qui enim in caso sentem requirant, ait Ambrosius, l. 2. *Off. c. 9. nec quis e turbida aqua potum petat!* Atque id revera contingit, cum superbus luperbum, avarus avarum, luxuriosus luxuriosum, aut complex complice consilii. Dantur ejusmodi Christiani, qui in re gravissima, aeternam animae salutem concernente, dubiosi, v. g. cum rem non suam, aut personam profuturam pudori non sine proximo peccati periculo dolum detinent, de industria confessariam minus doctum aut minus sincerum quarunt, qui vel non intelligat, vel non astit veritatem dicere, aut si primas forte confessarius non placuit, ad secundum, ad quartum, ad decimum accedunt, donec inventiant indifferere mansuetum, qui in suam sententiam concedat. Oh quanto cum periculo sua salutis! Rex Roboam, cum puerulo Salomoni in solio succellit, deliberare coepit, quo regiminis genere, moderato an auctore, subdit regemini essent: Accesserunt Regem veteres Salomonis consiliarii, quorum tam veneranda erat capillorum canities, quam aperta animi sinceritas, illique tam salutare consilium suggererunt, quo facile pontifex subditorum amores acciperet. Verum Roboam, (2. Reg. 12.) rejecta senum opinione, amplexus est consilia juvenum, quibus nulla erat rerum experientia, nulla iudicii maturitas, quo factum est, ut tam hostile, & universale subditorum odium conciverit, ut sine dubio a rebellibus in mortem datus fuisset, nisi fuga sibi consulisset. En! sic fuit funesti effectus, cum imprudentes, & perverfus, aut complices, & adulatores in consilium trahuntur. Siquis alvearia sua loco apum scorpibus & araneis replet, nil

aliud nisi venenum loco mellis colliget; ita sive ab homine seclerato consilium requirit, & sibi & alteri nocet: Nonnquam perit uterque tam corpore, quam anima tenus, sicque veritatem illud sancti Ephrem, Orat. de mal. lig. *Perperam consilium quovis veneno perniciosius est suis seculis.* 6. Dico denique tertio: Consilio adhibendi sunt homines prudentes, timorati, Deum timentes, & in arte magistris, id est, tales, qui eo in negotio, de quo consulatur, experientiam una cum sinceritate habent. Pientissimus senescio Mathathias Machabaeorum protopares, quia praevidit persecutiones & pericula, in quo filii & nepotes sui prolapsi essent, paterno amore illis persuasit, ut sine consilio Simonis, natu maximi, hominis ingeniosi & in belligrandi arte expertissimi, nihil agerent: *Eccc Simon frater vester, scio, quod vobis consilium est, ipsum audite super!* (1. Matt. 3.) Et illi prudentissimi suasioni exacte morem gerentes, quamvis sub directione Simonis bellabant, prospera prospera fortuna usi sunt. 7. Notent hoc sibi quam plurimi Christianorum, qui sui iudicii tenaces, licet in re dubia consulere sibi minime possint, alios tamen interrogare recusant, quia metuunt responsum minus gratum. Fuit, teste Luca, opulentus Euclio, multorum agrorum, pratorum & praediorum possessor: Aliquando ergo, favente anni fertilitate, tam uberem messem collegit, ut frugibus capiendis horreum non sufficeret. Deliberare igitur secum ipso coepit: *Quid faciam: Quia non habeo, quo congregem fructus meos.* (Luc. 12.) Quid hoc stultitia? Cur secum ipso loquitur? Cur non cum aliis? Non desuper sententia dabo, qui ipsi dicerent, si per se sum expensenda esse in pauperes, aut in divinam gloriam amplificandam. Verum haec ipsam responsum subodorare sibi vultus est, adeoque, ut ingratus, & sibi displicentem declinaret, secum ipso decrevit: *Hoc faciam, destruan horrea mea, & eaque ampliora redificabo, deinde dicam animae meae: Regnate, comedite, bibite, & epulare, multa bona habet: Quid tandem evenit? Ea nocte audire debuit fatelem sententiam: Stulte, repetent animam tuam te, & quae parasti, cupierunt? Sic multus Christianorum eventus; haerent, haesitant, vacillant in re magis momenti, nemini tamen animi dubitatem aperiant, quia metuunt fusi obligationis admoneri: Malunt ignorare, quam errare, quia hanc affectatam ignorantiam sibi utancumque profuturam sperant. Neque minus his delectant alii, qui ad hanc quidem prudentiam judicium explorant, sed audita eorum mente suammet opinionem festinantes faciunt, quod volupe est. Holoferens Assyriorum Bellidus a Rege Nabuchodonosor ad expugnandos Judaeos cum formidabili exercitu missus, ne temere expeditionem hanc aggrediretur, Ammonitarum Principem Achior desuper consulit: *iste,**

Itē, cui Judæorum potentia & virtus satis perfecta erat, fideliter submovit Holofernem, bellum hoc non esse de tempore, & modicam victoriam spem, ab experientia sibi demonstratam esse, Judæos, cum Dei sui mandata observant, esse inexspugnabiles. Quid ad hæc Holofernes? Vehementer indignatus parum abiit, quin invilium monitorem lunus faceret: Dein sui capitis consilia lectatus exercitum urbi Bethulie admovit. (*Judith. 2.*) Quo successu? An vicit? An expugnavit? Nihil minus! Juditha generosissima femina sub Dei adjutorio in castra rena nocte est, ubi blanditis Ducis furore captus demersit, totaque exercitum panico terrore correptum in fugam egit. Hac catastrophe est eorum, qui audiunt, & non obediunt!

§. III. Tertio, quibus in materiis consilio aliorum acquiescendum sit.

8. Sed quantum sunt illa negotia, in quibus vel maxime aliorum iudicio acquiescendum est? Respondeo paucis: Est negotium negotiorum maximum, videlicet æterna animæ salus. Oh mi Christiane, quanta sollicitudine in rebus temporalibus procedis? Quando pecuniam in oculum elocare, quando equum aut bovem emere aut vendere, quando rationam domum reparare aut funditus edificare, aut aliud quid aliquis momenti aggredi cogitas, convocas amicos & vicinos, quibuscum rem omnem secundum omnes circumstantias tratinas & expendis, & tamen error, si forte in re temporalis irreperit, non est inemendabilis: Quanto magis igitur caute procedendum est in rebus animæ, ubi admittis error per omnem ætæritatem corrigi non amplius potest? Eiusmodi negotia sunt, cum de eligendo vite statu deliberas, cum hoc vel illud officium, cujus obligationibus par non es, sollicitas, cum filium aut filiam in conjugium elocas, & que sunt id genus alia. Abiit, ut hic similitam animi pallidum, aut divitiarum, aut honorum, aut aliam finem temporalem pro scopo habeas! Consulendum sunt prudentes viri, & præcipue conscientiarum arbitri, quos Deus, quem insuper prolixis precibus exorare oportet, suæ voluntatis interpretes constituunt. Facis hoc! Procul aberis ab omni errandi periculo, & negotium tibi, tuisque prospere succedet!

9. Bene quidem hæc omnia, inquis: Verum, quidquid hactenus dictum est, in id solum collimat, quomodo recipienda sint aliorum consilia, necdum autem, quomodo aliis danda sint. Optime mones! Mi Christiane, qui ex Dei dono ingenio, ac rerum providentia vales, ita ut in labyrintho erranti Theleo instar amantissimæ Ariadne filam porrige possis, memento tria tibi esse necessaria, prudentiam, fidelitatem, & pietatem, Prudentia tibi necessaria est, ut inter bonum & malum discernas, neque

enim novi quid est, quod angelus tenebrarum in angulum lucis fecit transformat, & vitium sub larva virtutis proponat. Ita enarrat Herodotus, Promt. Exemp. V. Con. infernale inimicum sub schemate boni genii cuidam simplicissimo simul ac pusillanimiti homonici apporuisse, eique persuasisse, ut sune fide guttur elideret, sic fore ut grata Dei victima fieri, & Martyrum laureolam adipisci posset. Fidelitas tibi necessaria est, ut non fies proditor veritatis, & tu potius, quam alterius emolumento consulam velis. Hac ex parte in aulis vehementer delinquant parafiti & assentatores, qui dominiis suis, ut eorum favores capient, non, quod prodest, sed quod placet, suggerunt, cum sere in modum, quo perversi illi aulici Regi Ochozia suaves fuere, (*4. Reg. 1.*) ut pro recuperanda valetudine, quam ex lapu perdididerat, ad idolum Beelzebub legatos & munera mitteret, sed pessimo successu, quippe Rex in impij hujus factioris penam paulo post satis concessit. Demum pietas tibi necessaria est, ut non rem aliquam transitoriam, sed unice Deum & majorem ejus gloriam, ac animarum salutem pro fine tibi prægas. Cum ergo animula in tenebris ambulans lucem a te petat (oportet autem neminem, qui illi petit, repellere, juxta illud Augustini: *l. 1. de serm. Dom. in mont. Omni peccati a te consilium dare debet*) cogitas: Quid est consilium? quid securus? Quid Deo gratius? quid a perenni periculo remotius? quid huic anime perfectius, eius indole convenientius? quid in morte optabilius? Hæc, inquam, cogita, & si secundum hæc principia sententiam tuleris, grande misericordie spiritualis opus erga proximum non sine merito & premio exhibuisti.

10. Epilogus. Eja ergo, mi Christiane, pro coronide aucta monitum Ecclesiasticij jam supra allegatum: *Fili, sine consilio nihil facias*: adverte autem, quale hujus asserti motuum sapientissimum Regum tubneat: (*Ecclesi. 37.*) *Et post factum non panitentibus*. Oh quid frequentius in mundo contingere solet, quam sera & inutilis post errorem penitentia? Est aliquis, qui non alio quam divitiarum, aut libertatis intuitum in conjugium hodie contrahit, cras videns se non spontam sed sarrimanatum fuisse penitet. Quare? Quia sine consilio fuit: Est alius, qui hodie ex ebrietate, ex amore libertatis, ex rancore erga parentes nomen militie dedit, cras videns hunc vite statum suæ indolis esse profusus inconvenientem penitet: Quare? Quia sine consilio fuit: Est tertius, qui ambitionis aut jactantiae causa, ædibus adhuc satis solidis destructis, novas coepit ædificare, cras videns, quod non possit consummare, penitet: Quare? Quia sine consilio fuit: Sic postem peregere per innumerabiles casus, de quibus temere susceptis milleni ac milleni usque ad cantium, & cordulorum putaverunt, & semper causam subijcere, quia sine consilio fecerunt, atque, ut paucis absolvam omnia, hæc ipsa ponuntur, ex defectu consilij prove.

proveniens, nullibi magis quam in inferno reperitur, ubi damnati in æternum absque ulla remedij spe deplorabunt, quod non alterius, quam suimet capitis ductum secuti sint. Ohe! etiam errare possim, quamvis alium consilio adhibeam, quia ille potest falli aut fallere! Respondeo: Non potes errare, ita ut error tibi coram Deo noceat. Aut, si claritatis causa scholasticè loqui libet, distingo: Potes errare materialiter, concedo; potes errare formaliter, nego; Deus enim modernum Providentia suæ ordinem ita disposuit, ut velit homines pro homines dirigi ac gubernari; & hæc directio ac gubernatio præsertim illius, qui conscientie suæ arbitrio, ausim absque invisa dicitur, cæteris partibus securior est, quam miracula, revelationes & apparitiones. Sancta Theodora dia rogans Dominum, (*Pascu. in Jon. lect. 6. n. 23.*) ubi Ordinis sui reformationem inchoare debet, responsum a Deo retulit, Madriti illi faceret; Verum consulens desuper confessorium justæ illi Hispali remanere: Quid egit? Remanet. Quæstia postmodum, quomodo illi facere poterit non obstante suo voto semper eligendi perfectiora, reposuit, per revelationes se posse decipi, cum Sathanas multoties se fingat Angelum lucis, non posse vero decipi per consilium Patris spiritualis, quem Deus tanquam vitam locum tenentem in directione animarum substituit, &c. &c.

In Festo S. Udalrici Episcopi.

CONCEPTUS LXIII.

De quarto Misericordie spiritualis Opere, quod est, Consolari moestos.

Quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituit, intra in gaudium Domini tui, *Matth. 25.*

Ut ad exemplum S. Udalrici, discas consolari moestos, consolandum est, quam gratum sit amico solatum in luctu, quomodo doceatur exemplo Christi & sanctorum, quid in solariis amici proferrendum sit, & quod premium referat.

1. **Q**uam perniciosum inter conjuges malum sit zelotypia, ex historia illius Comitissæ testatum habemus, qui tempore S. Udalrici ad consilia Rheni habitans, insigni castello, & haud exigæ circum circa ditioal dominabatur. (*Strengel. de Jud. Div. T. 3. c. 34.*) Vidit aliquando Comes conjugem suam cum Nobili quodam, quem inter domesticum famulitium numerabat, colloqui, & hoc colloquium fax illi criminis fuit, ut, non attento iudicij ordine, citra ulteriorem rei inquisitionem sine more Nobilem ad mortem, & conjugem ad vitam omni morte durioriè dampnaret. Nimirum refectionamulli fuit, ut autumabat, capute cætera revinctum ad collum miserimæ conjugis alligare præce-

pit, quam sarcinam illa, repudiata, abjecta, despecta, & afflictâ intereo anno circumdare debebat. Quoties Dominus Comes ad prædium accedebat, in cubiculo etiam adducebatur infelix femina, que in angulum inter canes relegata, dum melosa o&ta & mucidum panem fami solanda rodebat, simul quotidie adulterij crimen, quod nunquam commiserat, sibi audit exprobrari & insultari. De cætero autem dehumanis laboribus occupata, fame & siti exhausta, & continuo presertentis calvarie fortis afflictâ adeo fuit, ut cadaveri quam hominifamilior esset. S. Udalricus, infelicis feminae calamitatem edocuit, confecto itinere adit Comitum, eique crudelitatem in paucis maximam exprobrans, innocentiam uxoris miraculo demonstravit; cum enim calvariam e collo Comitissæ pendulam interrogaret; verene illam adulterio fundasset? ecce; obtusescente Comite totaque aula, articulatis vocibus calvaria respondit: *Ego cum hoc femina nunquam peccavi*: Non est explicatum facile, quanta consternatio totam aulam coorta fuit! Omnes magnalia Dei predicare, omnes innocenti Dominæ gratulari, & præcipuis Comes a sancto Antistite, & a sua conjugè veniam rogare, eamque in suam recipere, atque illi tandem illibatam conjugis fidem deinceps appromittere cepit. Sanctus autem Praful decollatum famulam a mortuis resuscitatum secum Augustam duxit, ubi ille ultra viginti adhuc annos ad custodiam templi deputatus vixit. Ex hæc historia in rem meam ad aliud eruo, quam S. Udalricum reverera fuisse Consolatorum afflictiorum, qui misericordiam Comitissam anno integro calamitosissima persecutione oppressam suæ famæ, honori, ac conjugio per prodigium innocentiæ testimonium restituit.

2. **Proposita**. Proinde anam capio differendi de quarto Misericordie spiritualis opere, quod est, consolari moestos, & in presentiarum explicandi, quam gratum, & efficacè sit amici solatum in afflictione, quomodo hoc opus misericordie doceatur exemplo Christi & sanctorum, que præres fere modi sint consolandi moestos, quod illius meritum ac premium, & que sint alia. Ante omnia autem bene consideremus, Deum Optimum Maximum, qui est Pater, Creator & Redemptor nostrus, esse bonam omnium consolationis, juxta illud Apostoli: (*1. Thes. 5.*) *Deus totius consolatoris, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*. Bene autem notandum, quod Deus non alium in finem consolatur nos in omni tribulatione nostra, quam ut possimus *de ipse consolari eos, qui in omni pressura sunt*. Attendite! Favete.

3. **Confrmatio**. Quilibet nosse cupit, quam gratum & efficacè sit in luctu solatum amici, intueatur terram, que tempore diuturnæ siccitatis solari actu exaruit, arefit, & sterile sit. Si forte lenes pluvij ingruant, oh quantum nature restauratio; discijti camporum hiatus coalescunt, arborum racemi & folia semino-

tua reviviscunt, arida & stercorosa languidum caput erigunt, gramina & herba reviviscunt, agricolae & campi nova vita animantur. Quod pluvia est refecit terrae, id morienti animalis est amici solatium, dicitur Chryostomus Hom. 40. in Matth. *Pluvia semper bona est, sed maxime tempore siccitatis: sic consolatio amicorum. Tempore sanctorum est, sed maxime tempore luctus. Obviam crucis & adversitatis in hac lacrymarum valle inveniantur, quae hominem quadruplici bono, quod in hoc orbe possidet, videlicet bono fame, bono fortitudo, bono corporis, & bono animae privavit, & miserum faciunt! Est aliquis, qui morum honestate & decetia per totam late viciniam optimi nominis existimationem sibi comparavit, jam a nordaci detractoris lingua calumniose profunditur & denigratur. Est alius, qui negotiatione, arte & industria per plurimos annos feliciter gesta pro se fuisse in gentes divitias collegit, jam imperato infortunio, ut incendio, naufragio, furto, alioque, de statu dejectus & sacralibus orbatus e Greco, migrat in Godium. Est tertius, qui optima haec genus valetudine usus & se, & familiam pro flatu sui conditione compaterit aluit, jam ex equo lapsus, aut currufragio debilitatus, aut immedicabili agitudine correptus suo officio aut officio impio efficitur. Est denique quartus, qui immoderatis animi passionibus, tentationibus, scrupulis & anxietatibus vexatus periclitatur, ne in extremam pusillanimitatem, aut desperationem incidat. Ex his deinde malis exoritur grandis malum, videlicet tristitia, quae, prout loquitur Chryostomus Ep. 7. ad Olympiada. *animatum crudelis tormentum est: Habet enim se intar vermis, qui irrequieto morfu corolis viscera corrodit: Habet se intar equuli, qui vires corporis & animae evertit: Habet se intar tetricae noctis, quae intellectum & voluntatem hominis densissimis tenebris obruit, & obscurat. Paucis omnia! Tristitia totum hominem quoad corpus & animam destruit, & post fundat, juxta illud Eccl. c. 30. *Multos occidit tristitia!***

4. Cogita jam, mi Christiane, quam gratum obsequium famico praestes, quem in afflictione delectum, & sui proflus impotem solatio erigis! Profecto hoc obsequii genus tanto erit gratius, quanto pauciores in luctu inveniuntur amici, juxta tristissimum illud: Donec eris felix, multos numerabis amicos, si fortuna perit, nullus amicus erit. Intueamur aliquem, qui in aula, aut curia regimini clivum, & supra dignitatis subcella tenet: Quamvis ille Principis favore fruatur, ob quot adulatores, quot amici, quot clientes ad eum illius confluant, qui blanditiis & donis ejus gratiam captant! Verum ponamus mutari stylium, & illud aule idolum contracta ex delicto Principis indignatione dignitatis e-rui, & in miserum statum redigi, quam fano subditarebant amici, e millenis viis unum supererit, qui illum alloquio dignetur, eum

ferre in modum, arido & stercorosa languidum a-tiva tempestas aridet, hilariter cantant, cum vero autumnale frigus hycem praedit, in alienam regionem dissiungit. Quis unquam felicior fuit Bellisario Imperatoris Justiniani Belliduce? Vicius Goshos, Vandalos & Persas Siciliam adjuvavit Imperio, & ipsum Regem Gilimer, qui intar fulminis orbam teruit, gloriose triumphavit, atque in eo felicitatis statu ab omnibus fuit adoratus. (Meth. cont. t. cap. 89.) Verum postquam Vir tam magnus ex suspitione perducendum omnibus dignitatibus, ipsique oculis fuit orbatus, eo miseria devenit, ut abjectus, & despectus ante fores templi silem commedicaret. Eiusmodi tragediae hodie non solum in aula, sed & in privati domibus contingere a-vant, nec est aliquid novi, hominem opulentum, qui heri auro fugebat, hodie vice contentibus contemptum incidere, & qui ante annum quotidie epulabatur splendide, jam mucedum panem famere. Vah! fuit ipse infortunus dei architectus! Vah! hoc ad te, mi Christiane? Sive ex prioribus, sive ex aliena culpa ceciderit, tuum est, ut misero condoleas, eumque, quem antea favente fortuna amicum coluisti, jam in pupertate, & infortunio non desicias: Erit illi obsequium vel verbo vel opere praestitum tanto magis acceptum, quanto minus expectatum: Magna con-solatio est patientis, ait S. Ambrosius in 2. ad Cor. c. 7. *si fecerit habere condoleantem.* Vis hujus rei exempla?

5. Reliquimus incarnatum mundi Redemptorem! Cum in Bethania Lazarus fratrem Marthae & Magdalenae post brevem agritudinem lae-sis concecit, quoniam Nobiles erant forores hae, prout loquitur Cardinalis Toletus (Udalricus Joann. 11.) ideo multi judicaverunt ad eas, & inter hos etiam Christus Dominus convenit: Quanta autem fuerit illius compassio, ex eo liquet, quod cum sentibus uberrime fleverit, ut nos edoceat, prout advertit Cornelius in Eccl. non sufficere plorantibus verbis consolari, sed opus esse, ut cum lagentibus & plorantibus luceas & flores. Alia vice viduum in Naim ex morte filii afflictam erexit, dicens: *Noli flere.* Alia iterum occasione pauperibus, caecis, mutis, paralyticis, emergentibus, & miserabilibus personis subvenit, ita, ut si totam Christi vitam perpendamus, videatur, non a-lium in finem missus fuisse, quam ad afflictum consolandum, prout dicitur. *Didacus Stella Luc. c. 7. Quid dicam de Beatissima Christi Matre, quam post gloriosum in caelos Ascensionem in solatium Apollolorum reliquit? In solatium, inquam, Apollolorum, quos Beatissima in luctu occisi in cruce Magistri, in Evangelicae predicationis labore, in gentiliis & Judaeorum persecutione mire confortavit. Quin imo non delant gravissimi AuGores (Athen. Sylv. Sixtus Sen. Lucius Dext. ad An. Chr. 76. & alii.) qui asserant, e-*

fan-

sanctissimam Dei Genitricem, dum adhuc in vi-vis ageret, ad S. Ignatium Martyrem, ad Mes-sanenles, ad Florentinos alioque epistolae consolatorias dedisse. Merito illa in Lytaeneticis precibus saluator *Consolatrix afflictorum*, quia, ut ait Mellissius (Hom. 4. Sup. Miss.) Mariz Amator, *ex ore illius pendet consolatio miserorum.* Porro hoc Christi & Mariz exemplum pro viribus imitari sane homines sancti: Sic Eleazar uxorem Annam ob secunditatis defectum, David parentem monitarum Regem Hannon ob mortem parentis, Eliphaz Jobum ob agritudinem & iacturam bonorum, S. Antonius Didymum ob excitationem oculorum, S. Gregorius Juditham Hungarorum Reginam ob subditorum perduellionem, alii alios ob varias afflictiones impense consolati sunt. At quid effecerunt? Effecerunt, quod sol post densas nebulas serenitas illucescens: Effecerunt, quod medicus lethaliter agrotantem sanans: Effecerunt, quod viator amicum in tenebris errantem ab ora praecipitii in viam redocens.

6. Ut autem par sis ad ferendum amico fo-latium, necesse est, ut non imparatus illum accedas, sed quid in ejus luctu consistere vellis, jam antea praemediteris, & pro diversitate afflictionum diversas consolationis formulas tibi compares, eum fere in modum, quo in pharmacopoeia in variis vasculis varia observantur medicinae, quarum una huic, altera alteri morbo medetur. Vis, ut praestice meam mentem explicem? Ponamus, amicum tritari de morte liberorum, aut familiarium; quid in ejus solatium cedit? Dic illi, quod olim S. Bernardus: Si malus fuit, quem morte perdidisti, gaudere debes: Si bonus, non perdidisti, sed praemissis paulo post secuturus: Conformiter ad illud, quod S. Sebastianus ad Marcum & Marcellianum de morte amicorum loquebatur: Nolite timere, a-jebat, non separabuntur a vobis, sed vadunt preparare vobis sedes mansiones, in quibus una vobiscum, & cum filiis vestris in perpetuo gaudio erunt mansuri &c. Ponamus, amicum tritari de iactura divitiarum furto aut iniqua lite perditarum? quid in ejus solatium cedit? Dic illi, quod olim Seneca: Amice, si ad naturam vires, nunquam eris pauper, si ad opinionem, nunquam eris dives: Non est vera infelicitas in divitiis sita, quia pacem, cum illi fur de nocte sacculum cum nummis subtrahere vellet, illum ultro projecit, inquiens: Tolle, quod cupis, ut facias utroque dormire: Eundem in morem Liber ille ferrarius dives crumenam, quam in ejus domum iniecerat, recepit &c. Ponamus, amicum tritari de injuncta detractioe & infamia; quid in ejus solatium cedit? Dic illi, quod iterum Seneca: Malis displicere idem est ac laudari: Praeterea, prout loqui solebat S. Bernardus, nullum est accommodatius medicamentum animi, quam opprobria, & contumeliae; quia docent

hominem tanto solidius in Deo consistere, quanto instabilior est hominum favor &c. Ponamus, amicum tritari de corporis infirmitate; quid in ejus solatium cedit? Dic illi, agritudinem corporalem esse rem summe utilem, quia a peccatis revocat, reatum poenae in purgatorio luendum expungit, animam ad penitentiam & Deum adducit, & est testera ac pignus salutis; hinc quidam senex reganti, ut eum a tertiana liberaret, reposuit, infirmitatem tam magnum esse Deo donum, ut, si centum annis quis Deum pro illa rogaret, non dum fatis impetrare dignus foret &c. Has aliasque id genus solandi methodos, mi Christiane, fac, ut in promptu habeas, & si extera omnia desint, id saltem age, ut patienti & tristanti charitativam compassionem exhibeas, utpote sine qua nihil efficies: nimis enim quam certum est Auguttini in Pl. 38. effatum: *Qui vult aliquem consolari, nisi conoleat cum illo, non illum eriget.*

7. Vah! non sum homo adeo eloquens & ingeniosus, ut afflictus luctum mitigare, multo minus abstergere possum! Mi Christiane, ut par sis huic misericordiae operi, non tam eloquentia, quam charitas facit. Inter li- quores vinum sine dubio generosius est oleo, & tamen istud sanandi vulneribus efficacius est illo. Praeterea edic: Nunquam adversitatem passus es? Sum utique, inquis! Ergo saltem in hoc adversitatis genere, quod experientia didicisti, sat capax & habilis es attendere consolationi; ait enim doctissimus Salmeron: T. 14. dif. 2. in ep. 2. ad Cor. *Nulla consolatio gravior est, quam qua ab afflictis, & eodem genere flagelli percussis provenit, nam hi variis aliis comparari solent.* Sentus verborum est, ut ad priora exempla redeamus: Afflictum de morte liberorum & familiarium nemo melius consolari potest, quam ille, cui liberi & familiares praematura morte abrepti sunt. Afflictum de iactura divitiarum nemo melius consolari potest, quam ille, qui furto, rapinis, bello, incendio, naufragio, aut alio infortunio ad incens redactus est. Afflictum de detractioe nemo melius consolari potest, quam ille, qui a falsis amicis publice profectus, & diffamatus est. Afflictum de corporis infirmitate nemo melius consolari potest, quam ille, qui variis morborum generibus ad mortem ultro decubuit, & sic de ceteris. Tobias cum fuis popularibus in captivitate abreptus, & crudeli Assyriorum mancipatu detentus, quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos: Quare? Quia eodem flagelli genere fuit percussus. Patriarcha Job tam prope- tere erat erga afflictos caeco, pedem claudu, aurem surdo, & solatium misero. Quare? Quia in omni adversitatum genere utque ad patientiam prodigium fuit exercitatus. Quinimo hac ipsa de causa nonnunquam Deus homines sanctos diversis afflictionibus percutit, ut illi discant

dificant proximo in simili afflictione compati-
entemque consolari.

8. Neque pates, mi Christiane, id consolati-
onis obsequium gratis impendi proximo. Sicut
enim promittit Deus, quod hautum frigida fi-
cienti porrectum non velit impræmiatum relin-
quere; ita multo minus, ait S. Ephrem, ap. Bed-
dam in feintill. c. 4. sermonem consolationis,
quem in tribulatione tentationis postea impendit,
impræmiatum relinquit. Quare? Quia am-
nium honorum operum, quæ ex tuo solatio
penes proximum consequuntur, participo te
efficiis. Capimus exemplum in sanctis Mar-
tyribus Ursicino & Vitale, quorum paucis ab-
hinc diebus festum peregrinus. (Sarius, Ri-
bada. Enechus & alii 19. Jan.) Eo tempo-
re, quo S. Apollinaris Ravennæ Evangelium
Christi prædicabat, inter alios, quos ad fidem
converit, erat Ursicinus præstantissimus medi-
cus, qui paulo post apud Paulinum Prætorum
accusatus, & in carcerem datus est. Non de-
rebat Ursicinus, tormenta & mille mortes
potius subire, quam gentiliam Deos venerari,
expropre etiam ergastulium squalorem, & in-
dium, & equales infecto animo sustinuit.
Verum cum ad capitale tentatum ventum
est, & Ursicinus jamjam ad supplicium con-
puebatur, miram quantum tristari, & animo
cadere cepit, ita, ut gentiles de illius ad
idololatram reditu had exiguam spem con-
spicerent. Id advertens Vitalis, qui e Paulini
Prætoris familiaris, & ipse Christianus erat,
inter mediam populæ & hætorum cohortem ir-
ruere, pussillanem publice cohortari non ex-
horruit, inquis: Ursicine, tu agrotantium
corpora in vitam conservare nunquam desisti,
cura, ut animam corpore longe præstantiorem
non occidas, & vitam æternam perdas. Erige
oculos in celum, & conside, Deum te in pagno
non derelicturum, si tu ipse Deum non derelin-
quas. His verbis confortatus Ursicinus despo-
nit idola, & Christum professus strenue ad Mar-
tyrium perrexit, atque caput carnificis rescen-
dium præbuit, ex constantia ex fortitudine
quam Deus miraculo gloriosum fecit; quippe
decolatus Martyr erexit se, & decussam
caput & terra tollens ad locum sepulture pro-
priis manibus detulit. Vitalis autem gentiliam
furore in se concitato paucis post diebus, cum
Diis sacrificare iustus illos abominaretur, in
profundum puteum projectas, & superinge-
sis lapidibus obrutus, duplici Martyrii lau-
ropla coronatus est. Quare duplici? Quia unum
propter se, alteram propter Ursicini con-
solationem promeruit. Oh quante hic grates
per omnem æternitatem loco conservatori re-
pendet!

9. Epilogus. Age igitur, mi Christiane, hoc
opus misericordiæ, quod est, consolari mor-
tos, tibi commendatum habet, nullam occa-
sionem prætermittit, qua contritionem, asti-
ctum, & pussillanem in adversitate pro viri-
bas erigere valeas, & sic duplex præstam.

unum ex parte tui, alterum ex parte proximi
reportabis. Quid ergo pro coronide superest?
Nihil aliud superest, quam ut opere compleam,
quod verbo proposui; neque enim dubito, ad-
esse in præstariam quam plurimos, qui di-
veris adversitatibus tam corpore quam anima
tenent laborant. Christiane mi! quid immede-
rata luctu diu nocturne concideris, quo tu,
qui in patris, adversitas non mitigatur, sed
aggravatur? Attolle oculos ad Deum, qui hanc
ipsam adversitatem non aliam in finem decre-
vit, quam ut in hac vita tibi sit ad meritum,
in altera ad præmium. In hac vita erit tibi
ad meritum, id quod desumere licet ex vita
S. Antoni Abbatis: (S. Athan. in Vir. S. Anton.)
Magnus hic Dei famulus gravissimis quondam
tentationibus colluctatus fere animo cecidit;
dein, ubi tugurium suum superna luce collicese-
re conspexit, Deum sibi præsentem adventens,
in hac verba inter gemitus erupit: Ubi fuisti
Domine? cur pugnantem dereliquisti? Et ecce
responsum audivit: Non te deserui, sed pagus
spectator fui: cum ergo pro Domino tuo contra
infernales potestates tam generose deceratis-
simi non tuum coram celo & terra exaltabo.
En, mi Christiane, & tu certantem Deum spec-
tator aditas, avide expectans, qua fortitudine
medicam advententem in eius amorem patiaris?
Esto generosus, pugna viriliter, sustine patienter,
& Deus in illa die tuam virtutem coram
universo mundo dilaudabit, inquis: Hifunt,
qui mecum permanferunt in tentationibus? Sec.
Neque tantum in hac vita ad meritum, sed &
in altera ad præmium tibi cedent hæ tribula-
tiones. Sancta Adelgundis (Sarius 13. Nov.)
inter millenas persecutiones tam infectis erat
animi, ut Angelorum consortio perferri mere-
retur: Aliquando autem calamitose sui nomi-
nis denigrationem immoderato luctu usque ad
impatianam indidit: Et ecce! Angelus Domini
non sine verborum austeritate illi ex-
probravit: Quid turbaris misera, cum re-
picias pro modica hac tribulatione æternum tibi
præmium parari? Oh verba solatio plenissima!
Oh Christiane, si totus mundus, si totus
infernus, si universus omnium ærumarum exerci-
tus contra te inurgat, tu aspice celum & cogita:
Cur animum inordinata tristitia obrui-
parat, cui celum paratum est? Si omnes San-
ctorum ordines, qui æternaliter tibi cum Chris-
to regnant, considerem, ac unum quidem il-
lum hinc qui per altam, quam vivam crucis
illuc eluctatus est. Quid fecerunt pro celo
Apostoli? In fame & siti, in frigore & astu
mundum peragravit. Quid fecerunt pro celo
S. Martyres? Inter glaucos, lites, roras, &
ignes vitam & sanguinem profuderunt. Quid egerunt
pro celo SS. Confessores? In foetidissimis
cellis, & poenitentia corpus afflictarunt. Quid
fecerunt pro celo SS. Virgines? Spreis Prin-
cipum thalamis & mundi oblectamentis divino
Sponsio in illibata castitate placere studuerunt.

Gum

Cum ergo Sancti tam ardua via in celos elu-
cati sunt, impossibile est, ut ego cum fitulis,
cum cybilibus & cytharis illuc perveniam! ab-
sit, ut de adversitate trister, quæ mihi gloriam
parit. Amen.

In Festo S. Mariæ Magdalenz.

CONCEPTUS LXIV.

De quinto Misericordiæ Spiritualis Opere, quod est,
Pro vivis & defunctis orare.

Rogabat Jesum quidam de Pharisæis, ut man-
ducaret cum illo. Luc. 7.

Per preces ad Deum sulas multa bona impetramus.

1. Laudo hospitalitatem, & felicem pronun-
tium invitationem Pharisæi, qua Dei
Filium rogavit, ut manducaret cum illo; ex
hac enim rogatione ad emolumentum ipsius
rogantis, & præsentium convivarum ingentia
bona ad Dei gloriam, & ad animarum salu-
tam consecuta sunt. Quam illa bona? In-
primis non est dubium, quin divinus Hospes
accumbentes convivas celesti discursu recrea-
rit. Secundo, Pharisæo & aliis, quid de Chris-
to credere deberent, adhuc dubitantibus suam
Divinitatem satis liquide demonstravit. Tertio,
Magdalena occasionem dedit, peccatorum reat-
um amara poenitentia, & præstitis humilita-
tis obsequiis eluendi. Quarto, eidem, non sine
admiratione dilcumbentium, delictorum om-
nium veniam ac remissionem indultit, quo con-
stigit, ut Magdalena anterioris vitæ noxas se-
rio detestata, & Seraphico Dei amore inardescens
sacra sit admirabilis poenitentis exemplar.
En! mi Christiane, quanta bona consequan-
tur, cum Deo rogatur. Rogabat Jesum! Quid
hic & alia bona secuta sunt ad invitatio-
nem, & sulas preces Pharisæi, hominis nec ali-
quid nec frigidæ, de quo nescio, sincero fuerit in
Christum animo, quanto majorem efficaciam ha-
bent preces, & intercessiones Sanctorum, quos
Dominus Deus ut pupillam oculi, imo supra to-
tum mundam amat & æstimat. Patriarcham Moysen
quondam Deus in familiari discursu allocu-
tus est: Ego sum Dominus Deus tuus. (Exod. 20.)
Brevis hac est allocutio, & ut videri potest,
nullius momenti; verum grande continet myste-
rium: Cur enim universi Dominus se Deum
solius Moysis nuncupat? An non celum creavit?
an non celum stellis illustravit? an non terram
produxit, camque animalibus, herbis, ac fructi-
bus fecundavit? an non maria fundavit, eaque
natalibus replevit? Verissima sunt hæc omnia!
Cur ergo non Dominum mundi, sed solius Moysen
fere intitulat? Ideo reponit Philo Hebræus,
ap. Mich. a Calv. Conc. 27. §. 1. n. 7. ut ostend-
deret, se unicum hominem justum, qualem fuerat
Moyses, plus quam totum universum amare & æsti-
mare, consequenter hoc ipsum universum obme-

rita & preces iustorum conservare. Hac etiam de
causa patientissimos Job homines iustos columnas
comparat, quæ portant orbem; quemadmodum
enim columnæ totum ædificium suas roturas sus-
tinent; ita, ait Rufinus, hæc civitas, hic pa-
gus, hoc regnum juxta Dei supplicio ob enor-
mes criminum excessus in cineres & vetus nih-
lum jam dudum conciderit, nisi meritis & in-
tercessionibus iustorum sustinetur: Quis m-
dum dubitet meritis, sine quædam? Verbalum ci-
tati Antoris, Præfat. in l. 2. Vit. Patr.

Hinc præstari Opus est Misericordiæ, orare tam pro
vivilis, quam etiam pro defunctis.

2. Propositio. Quem autem in finem ista? Di-
lectissimi, non alium in finem, nisi ut viam
mihi pandam disserendi de quinto Misericordiæ
Spiritualis Opere, quod est, pro vivis & defun-
ctis Deum orare, atque hic explicandi in prima
parte, quam efficac & utilis sit oratio iustorum
pro vivis, in altera parte, quam efficac & utilis
sit pro defunctis. Agite! Oramus pro vivis,
ut salvemur. (Jac. 5.) Favete.

§. I.

3. Confirmatio. Quam efficac & utilis sit ora-
tio iustorum pro vivis, exemplum habemus in
urbe Sodoma, totaque Pentapoli. Fuit e regio
tam flagitiis quam frugibus fertilis: Omnis caro
corrupterat vitam suam, & putendam lasciviam
crimen in omni atate ac conditione hominum do-
minatum tenebat, nec superfluum jam malo-
remdium: cum ii, qui complerem scelera ex o-
ficio debebant, ipsi fuerint impietatis corrip-
ti. Quapropter ad justissimum anim excitatus Domi-
nus decrevit Sodoma cum suis vicinis urbibus de-
pluo coctus igne excindere, & in cineres re-
digere, hancque suam voluntatem paulo post
executioni dandam Abraham revelavit. Quid
erent? Patriarcha Abraham, (Genes. 18.) in-
felicis populi commiseratione tactus, in genua
procidere, quærere cepit: Domine, si tue-
rint quinquaginta iusti in civitate, an non par-
ceris illi propter hos quinquaginta iustos? En!
cognovit perbene Abraham, scelera tum populum
excidio esse dignissimum, expropre nec verba-
lum in exculationem ætulo, fed tantum merita
iustorum obendit! Et vero ita gratia locum
invent, ut promiserit Deus: Si invenero in So-
doma quinquaginta iustos, immedo civitatem, & om-
nem populo præparabo. Quid porro? Abra-
ham ex hac Numinis benignitate satis adven-
tans non invenit in numerosa civitate quinquaginta
iustos, cum Deo licitari, & ad quadra-
ginta, ad triginta, ad viginti, ac tandem ad
decem descendere cepit, & a benedictissimo Deo
fere responsum recepit, quod etiam propter
quadraginta, etiam propter triginta, etiam propter
viginti, etiam propter decem toti civitati
parcere veller. Quis non admiraret præfidium,
quod homo iustus integra communitati contra
promc-

promeritam Numinis iram praestare, & malimminentia avertere potest: *Morus patria est viri iustus*, ait S. Ambrosius, in Genes. c. 18. & conclusionem ulterius facit, *non debemus irascere viris sanctis, nec contumere*, nec illos persequi, qui, nec contumere, nec deridere; quia illi sua fide suppleant nostram infidelitatem, quo zelo suppleant nostram tepiditatem, sua humilitate suppleant nostram superbiam, sua virtute suppleant nostram impietatem, & sic promeritam Numinis iram a patria avertant: Hinc ab omnium seculorum experientia testatum habemus, quod, quando Deus integram regionem ad civitatem, bello, fame, peste, aliisque plagis delere ad destruerem voluerit, prius homines iustos morte absciderit, ut nemo super sit, qui ingruentem illius iram intercessione sufflaminet: Lubet aliud hujus rei paradigma ex Scriptura audire?

4. Sanctus gentium Apostolus Evangelicæ prædicationi intentus adeo inquam perfectionem a Judæis sustinuit, ut pro contenta vita ad Cæsaris iudicium appellationem provocare debuisset. Perductus ergo Romam ad confinia Melitenis insulae terribili adeo tempore obrutum est navigium, ut illud una cum vectoribus & vestis, quorum numerus ad ducentas septuaginta sex personas ascenderat, in præsentem naufragii periculo fluctuaret. Quanta fuerit omnium confectio, quis lucus, quis clamor, cogitatu quam dictu fœdus est. Paulus autem, qui præ cæteris erat vir iustus, & supremi Numinis Apostolus, ardentissimis precibus in celum clamabat, & ecce! apparet de caelis Angelus hoc illum vocat: *Ne times Paulus! Ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum!* (Act. 27.) Quam ergo fuerat illi navigantes cum Paulo fuerant Judæi, gentiles, & nonnulli etiam ex perceptoribus Pauli, & tamen omnes, qui nimis quam certo naufragium passi in profundum maris demersi fuissent, meritis & intercessione Apostoli in vivis conservati sunt. Donavit tibi Deus omnes, aiebat Angelus. Ex quibus verbis Cornelius a Lap. in Act. 27. credibile esse arbitratur, quod Deus omnes Apostolo donavit tam quoad animam, quam corporis salutem, utpote quo omnes prædicatione sua ad salvificam fidem converterit. Quid sequitur? Illud sequitur, quod S. Chryostomus in Act. 27. concludit: *Restituitur apud nos Sanctos, nec erit temporibus; tunc etiam fuerit temporibus, erit servatus & tranquillitas, & a periculis liberatio.* Quælo, quæ causa libet, quod in illam domum advenisset & infortunia turmatim involent? Inter domesticos tumultuantur diffensiones & litigia, filii præmatura morte abripiuntur, pecudes lue pereunt, res familiaris furtis, rapinis, incendiis destruitur, & omnis fortuna ad iactas vergit, quæ causa tot malorum? Nempe in domo nullus est Paulus, nulla ad Deum oratio! Eandem in morem fe res habet in integra civitate, aut pro-

vincia: Nonnunquam turmatim mala omnia ingruunt, conflurgunt bella, fortuna deficiunt, annonæ caritas crescit, agri sterilesunt, fegetes grandine percussuntur. Quæ de causa? Quænam est per infortuniorum origo? Profecto non alia, quam quia non est, qui in voce nomen Domini! Nemo, qui confertur & tenet eum!

5. An ergo infimissimus homo earum est virium, ut Omnipotentem quasi tenere, & ligare valeat? Ita est! Tam potens est hominis iusti oratio, ut quasi vim inferat irato Numini, & percutere volentis brachia tenet & liget. Exemplum habemus in Patriarcha Moyse, cum enim Deus populum ob commissum idololatriæ crimen ad interfectionem delere vellet, Moyses in genua prociadus populi intercederem, & advocatum egit; & ecce! Deus quasi impatiens se teneri repoliuit: *Dimitte me, ut irascatur furor meus* (Exod. 32.) Quibus verbis, cum dimitti petat, implicite se stringit & teneri posse fatetur. Quis non admittat virtutem, & efficaciam orationis? Quis non penitus illum admittet, utpote adeo potentem, ut irati Numinis supplicia avertere, & ipsam æternæ damnationis sententiam mutare possit? Certe in vita S. Catharina Senensis 30. April. legitur, damnationis sententiam in coelesti curia contra peccatricem aliquam animam iam fuisse decretam, sanctam autem Virginem pro illa orasse, & quidem tanta constantia, ut dixerit Deum: *Domine non discedam, donec tibi hæc animam donec.* Et ecce! quod petiit, impetravit: quippe anima illa supernis divinæ gratiæ radiis illustrata agnovit peccati, tanquam offensæ Dei, facilitatem, sicutque ad lacrymas usque indoluit, & sic placata Numinis iustitia vitam in meliorem commutavit. Væ illi, nisi S. Catharinam Oratricem & Advocatam nacta fuisset! Similem hanc historiam enarrat Joannes major, in Spec. Ev. Eleemos. Ex. 14. quæ satis clare demonstratur, quanti estimanda sit oratio hominis iusti. Pauperulus simul ac pientissimus operarius, diurno manuum labore vivere solitus, ibat quondam in publicum urbis forum, expectaturus, a quo ad laborem conduceretur. Sed quoniam summo mane campanulam in templo sonari audit, prius sacrosancto Missæ sacrificio interesse decrevit. Verum suo infortunio vocatæ ad forum reversus vidit socios ad laborem vocatos, sibi vero nullum pro diurna sustentatione superesse. Hac super se, cum haud parum trifurcetur, obvium habuit prædicitum Euclionem, a quo interrogatus trilitia causam exposuit. Bonus esto animo, aiebat dives, revertere ad templum, ibi que orationes pro me ad Deum funde, & ego vespere eandem tibi mercedem, quam cæteris operariis rependam. Quis explicet letitiam pauperuli homuncionis? It, orat per totam diem, & vespere decem denarios una cum dimidiato pane recipit. Dum domum redit, ecce! rem miram ac prodiosum prodigium! In via apparuit illi Christus Dominus, ea forma, qua

in terris ambulare consueverat, interrogans; quantum mercedis receperit? Domine receperit præter hunc panem decem denarios. Cito redi ad illum Euclionem, & pete, ut liberaliori pretio tibi obsequium compendet, nisi malit grandis infortunio occupari. Irit pauper & a divite duplo aut triplo plus pecuniarum, quam ante recepit. Sed necdum contentus Redemptor præcepit: Redi & dic illi, necdum satis compensatum esse benevicium! Nil tergiverfatus dives porrigit pauperi centum florenos & amplius. Et ecce! Proxima nocte mundi Salvator huic diviti spectandum fe præbuit, iniquis: Nisi inops hic operarius pro te preces eandem, hæc nocte mortuus corpore & anima tenus æternum periret! Quibus auditis dives primum coherescere, dein peccata sua serâ penitudine plangere, & vitam ad pietatis normam componere cepit, quam denique beata morte conclusit. En, quanti estimanda, & æstetanda, quantum ponderis apud Deum sit oratio iustorum. *Astendit præcatio, & dissensit Dei miseratio*, ait S. Aug. ser. 226. de temp.

§. II.

6. At vero non solum pro vivis, sed & pro defunctis preces fundere est opus Misericordie spiritualis valde meritorium & efficax, quia animæ ob residuum peccati reatum in purgatorio ergastulo detentæ nostris bonorum operum suffragiis juvantur. Misere anime! Ex una parte vident cali portam sibi oclusam, eique trabibus litteris inscriptum legunt: Nihil coinquatum intrabit. Ex altera parte, prout loquitur Sanctus Bonaventura serm. de mort. seiplos liberare non possunt, cum non habeant merendi facultatem; igitur impensis clamoribus & lacrymis nostrum auxilium implorant, eum tere in modum, quo callissimus Iseph innocenter incarcerationi rogavit quippe pincernam: *Memento me, cum bene tibi fuerit, & facta memorem misericordiam, ut me liberetis Bonaventi, ut educat me de isto carcere.* (Genes. 40.) Vident afflicta anime, quod bene nobis sit, id est, quod in statu merendi versetur, & pretioso corpore & sanguine divini Redemptoris pascesmur; ideo desiderant, suspirant, vociferantur ac implorant misericordiam verbis illis: *Miseremini mei!* Non audis, mi Christianæ, has voces? Potes audire, si velis; nonnunquam enim et propinquo in aures tibi inclamant: *Quæris, quomodo, & ubi?* Respondet: In tua domo, in hypocauso, in cubiculo; quæ ab experientia testatum habemus, non omnes in igneo purgatorii carcere concludi, sed in diversis locis in hoc orbe puniri, idque ex multiplici ratione, prout Theologi dogmatizant: Primo, ut levitatem criminum nec mitius puniantur. Secundo, ut in domo familiarium veritates erumque auxilium sensibilibus signis implorantes citius liberentur. Tertio, ut terribiles purgatorii pœnas, quas nec capimus, *Clavis Spirit. Chryso. Cont. Tom. II. Pars II.*

nec satis credimus, nos edoceant. Quarto, ut promeritam seclerum poenam eo ipso in loco, ubi deliquerunt, recipiant. Ha ergo anime precum nostrarum suffragia avidissime expectant, imo nocturnis pulsibus, ac genibus multoties extorquent, ut demontrent, verissimum esse dogma Ecclesiæ, & simul Augustini estatum in Enchyr. c. 65. *animas defunctorum pietate vivorum relevari.*

7. Sed nunquid possit Deus per infinitæ suæ misericordie abyssum sine nostro meritorio concursu animas liberare? Possit utique, sed salva modesta iustitia non vult! Postquam genuine flores Marthæ & Magdalena Christum Dominum de lethali vii fratris ægritudine certorem reddiderunt, sine mora advenit Redemptor, ut & illi, & illis succurreret: Verum interea temporis jam satis confluxerat Lazarus. Irit ergo Christus ad defuncti sepulchrum, præcepitque adstantibus, ut prægradem lapidum tumulo obvolvatum revolverent: Tum spiritui seipsum conturbans, oculos in celum levans, & magno clamore vociferans Lazarum ad vivos revocavit (Joan. 11.) & quoniam ille mortalibus inhiis fuerat ligatus, mandavit Apostolus, ut eum solverent. Circumstantia hujus resuscitationis sunt valde notabiles & admirabiles. Quæro enim, an non Dei Filius per suam Omnipotentiam removere lapidem, & solvere inhiis per seipsum potuit? Potuit omnino. Cur ergo id fieri per circumstantes & Apostolos voluit? Quis erit hujus anigmatis Oedipus? Erit eruditissimus Aventurens! Is enim allegoricum hujus Scripturæ indagans per sepulchrum Lazari intelligit purgatorium, dicitque, Christum Dominum paratum quidem esse ad animas in subterreano ignis sepulchro jacentes ad æternam gloria vitam resuscitandas, sed non sine nostra opera, necesse enim esse, ut prius lapidem & inhiis, id est, impedimenta removeamus, & residuum poenæ reatum, qui illis inhiat, positivè operibus expiemus. Audiamus verba citati Auctoris in Spec. Spirit. q. 6. c. 7. *Collite lapidem. Quasi diceret: Suffragio animabus spiritualibus & ego, nisi suffragia vestra accesserint, ad regnum illas perducam.* En! mi Christianæ, Deus potest & vult salvare animas purgantes, verum nostrum est, ut cooperemur, & precibus, elemosinis, Sacramentorum frequentatione, aliisque operibus concurremus! Hinc pia est nonnullorum consuetudo, ut, quidquid meritorum per sua vocationis opera quotidie colligunt, miseris animabus in satisfactionem scribantur, & confitentur.

8. Neque periculum exinde confurgit, dum animas meritis ditare fragis, teipsum depauperandi; non enim est lucrofus as detendendi meritis, quam cum illa in infelium animarum auxilium prodiguntur. *Omnes quod defunctis causa pietatis impenduntur, in nostrum etiam meritum commutatur*, ait S. Ambrosius l. Offic. Et tempore, quo in regione Chanaan ingens

agnone caritas involuit, filii Jacob in fructum Ægyptum triticum compari abierunt: Regnabat tunc temporis in regali folio eorum frater Joseph, sed incognitus, qui, licet in prima juventute a fratribus odio habitus, & extrema persequendo ad necem usque oppressus sit, tamen benignissime eos habuit, & postquam eorum sacros frumento replevit, etiam frumenti pretium illis restituit, & clam facies eorum in eladi precepit. (Gen. 42.) Ita fit in nostro casu!

Qui charitatis & commiserationis gratia operum suorum meritis animabus in expiatorio igne deusis consignavit, frumentum cum pecunia recipient, solo dicens, dupliciter sua merita augent, & quod nunc pro illis expendant in terris, olim pro se multiplicatum invenient in calis.

9. Quid dicam, quod fideles animæ erga benefactores suos tanta ingratitude, ut beneficia sibi exhibita etiam in hac vita temporalibus obsequiis liberaliter, & luculenter compensent; hiac in historis passim legimus, quod patrones suos in praelis, in hostium insidiis defenderint, illos nocturnis visioibus contra pericula promoverint, aut sua intercessione mansuetum Dei auxilium exorant; quamquam enim animæ necdum in beatitudinis termino cum Christo sequunt, tamen quia sanctæ & Deo charæ sunt, credibile valde est, illas pro nobis orare, & imperare posse, prout cum Bellamino de purg. c. 2. c. 17. communitur docent Theologi. Libet iteum hujus rei documentum asserre historici! Paupercula sed pietissima femina in urbe Genueus unicus, quem habebat, filius bello abreptus, & ad irremediam condemnatus fuit. (Nisiosprades, fig. 7. n. 2.) Quid lucuosus mari, quæ & omnem redimendū illi spem sibi præclam vidit, eo quod peteretur litem, quod ejus vires ac facultates longe transcendebat? Necdum tamen cum spe etiam matris affectum posuit, sed in misericordia divini confidens decrevit commendare summam, quæ redimendo sibi par est. Aliquando sacerdoti, quem obytum habuit, supplex facta rogabat charitatis subsidium, verum ille inopiam suam prætextans non habere se abiebat, quo hodiernam diem viveret, idque tanta cum fiducia, ut inops diva commiseratione tacta de commendatis pecuniis sacerdoti stipendium tribuerit, petens, ut pro animabus in purgatorio incarcerationis sacrificium litaret. Fecit sacerdos, quod iustus est, ipsæque sacrificio femina orans & ad Deum pro defunctis supplicans intercessit, dein finito sacro pergit circumire, & quærens, qui sui commiseratione tangeretur. Paulo post incidit in Virum senilem & venerabilem formæ spectabilem, cui calamitatem & suam & filii lamentabunda expoluit: Nec spe sua frustrata est, quippe Vir ille, accipere, aiebat, hanc, quam tibi trado, schedulam, cameque victio mercator in manus contigam, sic fiet, ut calamitatis tuæ levamen & solatium invenias. It femina schedam mercatoris tradidit, & ecce! ille obtulit, expallere, schedam in omnem par-

tem vertere, & tandem quæret: Oh femina, quis tibi hanc scripturam? Illa: Fuisse Virum grandævum & venerabilem, de cæteri sibi incognitum? Verum an nosces illum, si ejus faciem depictam cerneret? Nossem sine dubio. Igitur a mercatore ducta intriclinium, ubi progenitorum suorum scytha asserabat, iussa est omnium facies contemplari, & mox mulier, unum præ cæteris digito signans, hunc esse affirmabat, a quo scripturam receperat. Tunc enim vero mercator magis magisque mirari, fateturque hunc esse amanitimum suum patrem jam ante quatuordecim annos defunctum, fas non esse, ut ejus voluisset, quam ex scheda cognoverat, repugnet; sic femina trecentos thaleros numeravit, quibus illa filium a triginta redemit, certissimo sibi persuadens, hanc gratiam sibi obvenisse ob sacrificium, quod pro defunctis animabus a paupere sacerdote fieri curaverat.

10. Epilogus. Age, mi Christiane, in teipso experimentum cape! Si forsan haud leve vel corporis vel animæ calamitate premeris, prode in genua, & dic: Oh fideles animæ, si in hac aut illa afflictione auxilium mihi præstiteritis, ego vicium vobis tot & toti sacrificia, elemosinas, corollas Marianas aut illa pietatis opera pronituro; expecto mirabili profusis dispositione te ex hoc periculo aut incognito clapsurum. Quid superest? Nihil aliud superest, quam ut morem geramus Augustini monenti, & pro fratribus nostris tam vivis, quam defunctis ad Deum preces fundamus. Nam tantum tibi miserabilius Deus, verba sanctissimi Doctoris ser. 44. ad Frat. quantum tu miserabilis proximo. Præcipue vero (ut hac in re nihil intactum reliquam) publice & unanimes comprecationes, quæ a toto populo fiunt, magis sunt apud Deum efficacia; si enim Christus promittit (Mat. 18.) Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quæcumque petierint, fiat illis in Pære mo, & habebit S. Cyprianus, p. 17. quid fieret, si unanimes apud omnes esset? Nempe id fieret, quod de urbe Ninive contemptum habemus. Fuit scelerata civitas jam a Deo reprobatâ, lateque sententiâ, ut intra quadraginta dies ferro & flammis vastata intreret; verum, cum universi viri irato Numini supplex facta ad orationem confugit, mitigata Dei ira effugit promeritum excidii supplicium. Multum valet generalis clamor, & oratio unius populi, cum in magna delirime est, ait S. Bernardus T. 3. Per. 3. post Pen. a. 3. c. 4. Oh Dilectissimi! hudeamus periculoso hoc tempore, ubi, nescio quæ, universales plagæ & omnium malorum exercitus in patriam nostram incumbere videtur, itudeamus, inquam, conjunctis viribus ad Deum clamare, horarias comprecationes frequentare, & delinquentium animabus in ope vocatis misericordiam Dei implorare; forsan placato Numine, & impetrata temporum tranquillitate, verificabitur, quod promittit Auguſt. Ep. 97. Communitus plus

agnis orationibus, quam singularibus & privatis. &c. &c.

In Festo S. Jacobi Apostoli.

CONCEPTUS LXV.

De sexto Misericordiæ spiritualis Opere, quod est Mala, quæ nobis obtingunt, patienter sustinere.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Mat. 20.

Cum calum non obstruatur sine patientia aduersitatum, ideo explicandum venit, quomodo nobis virtus sit patientia.

1. Graphicè consula & consutata est hodie næ mulieris ambitio! Ut salis Apostolis, quos forsas atate, & meritis proveciores confexit, præcedentia palmam præciperet, petiit pro filiis suis primariis in regno Christi sedes. Die, ut sedeat hi duo filii mei, unus ad dexteram meam & alter ad sinistram in regno tuo. Verum expedite ad hanc petitionem Redemptor: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Quasi diceret: Mei Domini cogitari, non est possibile, aliquid, in illud beatitudinis regnum, quod a Patre mihi paratum est, admitti, nisi prius amarissimum Passionis calicem, quem ego bibiturus sum, lunditus exhauriat: (Corn. a Lap. in Mart. 20. hic.) Ego per iniurias, contumelias, opprobria, carceres, verbera, vulnera, ipsamque mortem illic vado; igitur inconveniens est, ut vos solo titulo cognationis aut ambitionis in molli culcitra illic seramini, ac mercedem sine labore, & bravium sine curis, triumphum sine pugna, & calli coronam sine merito recipiatis! laborandum est! studandum est! pugandum est! moriendum est; Perseus? Demus sit: Passimus? Ductio ad historiam profanam, quam Belluceus Spec. mor. l. 2. dit. 8. commemorat: Juvenis quidam Philo sophus, in schola Magistri integro triennio patientiam edoctus, primo anno didicit adversa dissimulare, altero anno contemnere, tertio affectare. Cum autem finito triennio aliquando in hujus ipsius doctrinæ exercitio, nescio quem errorem, commisit, a Magistro ad quartam etiam annum condemnatus est, quo disere debuit persecutiones, & injurias non solum dissimulare, non solum contemnere, nec solum affectare, sed etiam illatas mercede compensare. Hanc artem ubi juvenis dexterrime apprehendit, & Magistro in Atheniensium urbem ad sapientiz studium missus est, quum cum ille in Philo sophum, qui tunc officium habuit advenit, ecce! sub ipsa civitatis porte incidit in Philo sophum, qui tunc officium habuit advenit, patientiam explorandi, ita indicibile est, quibus sanis, facinosis & conviciis in eum invehitur sic. Substitit juvenis, & in eum inquisitum pleno ore risit. Quid rides? quærebant illes: Quidni rideam, repoluit ille, eum tu gra-

tis id obsequiorum genus mihi præstet, quod integro hæcenus anno liberaliter remunerari debebam! His auditis senex virtutem juvenis admiratus liberam illi in urbe ingressum tanquam condigno incolæ aperuit. Hinc historici inter gentiles peractæ, sed ipsi etiam Christianis admirandæ moralæ doctrinam subnectens Belluceus Antistes ait: Sic calicem civitatem intrare digni sum, qui injurias patienter & gaudenter sustinent. Et melius, ac compendiosius S. Paulus: (2. Tim. 2.) Si sustinueritis, & contragrediamini.

2. Propositio. Nota, mi Christiane, has voculas, patienter & gaudenter, quæ de festo Misericordiæ spiritualis Opere proponenda, & declarandum erit, cur, quomodo, ad ejus exemplum, & quem in finem mala, seu injuriæ, quæ in hac vita nobis obveniunt, pro Deo, & nostra proximorumque salute sustinentur? Aperiamus scholam patientiæ; Utinam in hac, mei Auditores cum profectum faciant, quem juvenis ille; (Apost. 1. 8.) Missus in scholam Philo sophi Zenonis non sine impensis parentum pot aliquot annos domum rediit. Pa- ter nosse cupidus, quid scientiarum filius in ea schola didicisset, variis illius interrogantibus tentabat, sed inessam; Filius tacuit. Postquam igitur iterum iterumque suas interrogaciones silentio cludi vidit, arrepto baculo filium egregie delolavit, identidem repetens illud: Die, quam artem didicisti? Tandem filius: Nonne lat artis est, quod iracundiam patris patienter sustinere didicisti? Utinam & hanc artem perferendi iram proximi & mei Auditores capeant; Favete.

§. I.

3. Confirmatio. Quam nobilis & excellens, quam Deo grata & homini Christiano conveniens virtus sit patientia, figuram habemus in admirabili fructuaria templo Silomonic. Sapientissimus Rex in basibus columnarum, & in cornibus peristylorum Cherubims, & simul hoves efformari jussit. (3. Reg. 7.) Quæ autem ratio hujus artis? Cur formosa Angelî facies cum deformi hovi conjungitur? Nempe, admirabile illud templum, ac Regis & Regine habitaculum, quod Salomon construxerat, fuit figura humanæ & in Dei gratia constituta animæ, quæ gravissimum est Divinæ Trinitatis palatium. Igitur per mysticam illam Cherubim & hovi sculpturam ad mentem Venerab. Bedæ (hic) nihil aliud intelligitur, quam quod generosa anima, quæ iustar hovi intructo animo labores hujus sæculi sustinet, proxima fit non infimo cuius Angelo, sed omnino Cherubino. Nec solum patientiæ virtus Deo Optimo Maximo beneplacens, sed & homini perquam proficua ac utilis est. Dicitur apicem montis Olympi, qui altitudinæ cæteros transcendens super ipsi nubila asurgit, pietatæ semper aeris serenitate frui, & nullis

inquantum tempestatis perturbari. Eundem in morem patientia hominis animo adeo supra omnes casuum humanorum varietates elevat, ut nulla unquam adversitate perturbetur: Patientia, ait S. Cyprianus de bono pat. c. 8. iracundiam temperat, linguam precipitantiam refrinat, pacem conservat, superbiam retundit, facitque hominem inter prospera humilem, inter adversa mansuetum, in tentationibus fortem, & in afflictionibus inexpectabilem.

Quos effectus habeat, & quos gradus.

4. Præcipuus autem patientiæ effectus, qui hic præ cæteris considerandus venit, est illa animi tranquillitas ac mansuetudo, qua unus alterius navos, & mores sibi adversantes constanter perfert & dissimulat, juxta monitum Apostoli (Gal. 6.) *Alter alterius onera portate.* Quid est, alterum alterius onera portare? Habemus ab experientia, homines, sicut facie, ita & moribus ac indole discrepare, & unum quidem esse civilem, alterum rusticum, unum esse mansuetum, alterum iracundum, unum esse morosum, alterum ex natura sua petulantem, quæ morum affectuumque dissimulatio facie discordantium aut odorum radix est, ita, ut credere ferè pronum sit, inter nonnullos hominum eandem, quam inter canes & felis, antipathiam inveniri: Odio nonnunquam habentem aliquem non alia ratione, quam quia nostris moribus dissimilis est. Quædammodum igitur cervi, ait S. August. l. 83. q. 17. cum fluxum transmittant, unus alterius tergo caput superimponit; ita in hoc vite transitu, quo ad æternitatis patriam pergitur, unus alterius defectus ac mores quantumvis sibi adversantes sustinere debet. Et sic in verba Apostoli superius allegata commentatur Corn. in Ep. ad Eph. c. 4. *Alter alterius onera portate, id est, ut unus alterius mores ferat, licet sibi suoque conditioni dissimilis non sit.* Non superbus despicit humilem, non mansuetus iracundum, non literatus indoctum, non sobrius intemperantem, non laboriosus inertem, non perfectus defectuosum. Jam ulterius!

5. Hæc patientia hætenus descripta, & factis adhuc inculta, in quantum refertur ad proximum, & aliis adhuc asurgere debet, habet enim suos gradus. Primus est, convicia & contradictiones hominum constanti ac imperturbato animo dissimulare. De institutione scribunt Naturalistæ (Barthor. in Redsch. l. 7. c. 69. *Pisciculi Magni. Symb. l. 4. c. 63.*) cum tanta caliditate hæbere stomachum, ut ferum conestum concoquere possint: Patrem in modum homo Christianus stomachum habere debet charitatis ardore adeo calidum, ut convicia & contumelias, quæ revera terro duriores sunt, devorare valeat. Exemplum habemus in invictissimo Imperatore Carol. V. (Menc. ann. 3. cap. 36.) Ille, quando regimine & rebus gestis gloriosus ultra septuaginta prælis constans visor interfuit, a toto mundo celebratus

& super astra elatus fuit: Verum cum repente abdicato imperio solitariam vitam elegit, indidicibile est, quas cryses, & hominum iudicia sustinere debuisset: Aliqui putabant, Carolum mundo valedixisse, quia fensit & morborum incommoda ferre non amplius poterat. Alii, quia crescentem Henrici Galliarum Regis fortunam metuerit: Alii, quia erubescit de non expugnata urbe Diduro: Alii, quia gloriosus duxerit, regna ambitiose despiciere, quam possidere: Alii denique, quia ferendis conscientia simulis ob expugnatam Urbem, & illatus Christi Vicario injurias par non amplius fuerit. Hæc mandus de Carolo: Ille autem in sancta sua solitudine insulari luxa, quæ, licet a canibus allatretur, tamen eusum suam non mutat, tranquilla mente vacabat suis negotio, olim hostium, nunc sui ipsius victor glorioisus. Alter patientia gradus est, improperia & persecutiones hominum non solum constanter perferre, sed etiam desiderare, & de illis ex animo gaudere. Hunc gradum affectus est patientissimus Job, inter corporis dolores, inter uxoris & amicorum persecutiones iniquens: *Hæc mihi sit consolatio, ut assignentur mihi dolores non pareat.* (Job. 6.) Quodam est hoc consolationis genus? Nempe illud, quo afflictissimus Vir expresse petit majorem ac majorem afflictionem, & vult, ut Deus secum agat, velut chyrurgus, qui, ubi ferum non sufficit, ignem adhibet. Metuebat Job, ne Deus, utpote bonus & ex natura sua omnis bonitatis abyssus, commiserationem secum habeat, ideo quasi provocat Deum ad rigorem, dicens: Non pareat humane fragilitati meæ, non parcat gemibus, non parcat clamoribus, non parcat sensibus nature. Tertius patientiæ gradus est, de maledictis, & persecutionibus hominum non solum latari, sed illas etiam tanquam insigne beneficium mercede remunerare. Scis, mi Christiane, cur Dominus Deus hominem ex elemento terra formavit, & que non erit, cur non ex aqua? Nonne ex igne? Nempe aer venenosus pestibus, non flumini, & maris exundationibus, ignis incensis humano generi grandia nocentia inferre solent. Terra autem, quamvis pedibus a nobis concutatur, quamvis sordes nostras excipiat, quamvis aratro & sarculis scindatur, & vulnere, tamen fructibus, quos copiose gignit, instar benignissimæ matris nos alit, & mortuorum etiam corpora recipit. Igitur Dominus rerum omnium Platorum hominem ex elemento terra produxit, ut hæc terra mansuetudinem imitari, & injurias beneficium compensare discat. Oh quam insigne id didicit Joannes, dicitur Eleemodynarius! (Scribit in Vit. S. Jo. Eleemof.) Fuit ex illius subditis homo nequam & biliosus, qui intemperanti lingua sanctum Patriarcham proferendit, & denigrare solabatur. vi. civis Alexandrinæ, cum atrociam injurarum impatientes, sanctum Virum ad vindictam stimularint. Verum Joannes, odium amori

re vincere decernens, vocato suo economo præcipit, ut infenso homini annuus census & tributum ab aliis exigi solita ex integro remitteret, ac condonaret: Quo facto adeo manifeste inimicis animum, ut ille rogata suppliciter veniam deinceps fidelis subditi partes ad amicum explit. Nota tibi, mi Christiane, hos tres patientiæ gradus! Primus est injurias hominum imperturbate sustinere: Alter est, de illis latari: Tertius, etiam beneficium compensare! Oh beatum te, si in schola patientiæ hæc doctrinam affectus fueris!

S. II. Quibus modis nobis persuadentur.

6. Queris, cur tam arduum, tamque sublimem patientiam a te exigam? Percepe rationes! In primis patientia nobis necessaria est ob conditionem hominis Christiani, cui quasi proprium est diversis adversitatibus affligi; ideo habetur ab experientia, quod, quanto quis Christianiorum Deo est charior, tanto etiam pluribus ærumnis vivat afflictior. Quis unquam Christo Domino fuit dilector Beatissima Via Matre, & Joanne Discipulo? Nemo plane! Et tamen, cum cæteris Apostolis, imo etiam Judæis tantum ab æminu alpectum crucis indulit, hos cruci fixi semper vult esse proximos: Quid majus est, quam Haymo ap. Sper. scrip. tel. punct. 13. Quodare aspectum crucis, an crucem? Utique hoc posterius; quia primum datur & amicus & inimicus Christi, postea autem tantum amicus. Altera ratio, quæ Christianos omnes ad patientiam provocat, est exemplum Christi & Sanctorum, qui pro crucibus & afflictionibus quasi pro thesauris decertarunt. Cum Christus Dominus in monte Oliveti orans ab irruente satellitum & licitorum turba fuit captus, & catenis ac funibus ligatus, mox Petrus præ cæteris animosior flagitio gladio reitit, atque vitam Divini Magistri delensurum Pontificis simulato auriculo prædidit. Quid Christus ad hæc Præcepit illi, ut gladium sine mora in vagina reconderet, inquit (Joan. 18.) *Calicem quem dedi mihi Pater, non bibam illum?* Quibus verbis pertinuisse videtur, ne ex resistantia Petri hæc patientiæ occasio illi elaberetur. Mi Christiane, cum ab aliqua adversitate invaderis, appetitus sensualis statim vices Petri agit, resistit, reluctatur, mille rationes ad impatientiam provocantes suggerit: (Seguari Mannar. n. 22. Apr. s. 1.) Sed tu noli cum illis alterari, dic tantum: Calicem, quem dedi mihi Pater, non bibam illum? Et hæc gnome sufficit ad firmandum animum, ut ad exemplum Christi vero patienti desiderio quibuscumque afflictionibus obviam procedas. Tertia ratio, quæ nobis patientiam persuadeat, est bonum exemplum, quod lex Christiana requirit, non enim est potentior magis ad trahendos, & convertendos infidelium animos, quam cum illi videt, Christianos in afflictione non tritari, & in persecutione latari. Ihtenerens quidam Monachi (Joan. M. c. ap. Deo. Claus. Spirit. Catech. Conv. Tom. II. Pars II.

procul. c. 7. tit. 1. p. 1. 9. 1. 9.) a semita aberrantes, ut in viam reverterentur, agrum seminatuum pertranserunt. Id rusticus agri possessor conscientiam totam bilem, integramque contumeliam hecatomben in eos exoneravit. Verum Monachi mansuete respondentes, ac veniam abirato rugientes adeo hoc manufactudinis exemplo illius animo tranquillarunt, ut non solum ex gentilissimo ad fidem, sed & ex mendo ad Religionem fuerit conversus. Hæc ferè consonat, quod S. Greg. ib. ap. eund. n. 1. de Libertio Monacho commemorat: Indiscerum ille habebat Abbatem, a quo aliquando profusus innotesceret, & nullius culpe gratia scabellum pedum percussus fuerat. Quid Libertinus? an vindictam spiraret? Nihil minus. In genua prostratus coram Abbate paternam benedictionem precari cepit: Et ecce! cum tanta illi fensidatione, ut ille de lecto, in quo asperdecubuit, profusus veniam rogavit, & præcipitanti ac indignationis vitium emendarit. Quarta denique, eaque ferè principalis ratio, quæ nobis patientiam inculcat, ea est, quod sit signum vis non manifestum æternæ prædeterminationis: *Beati estis, cum male dixerint vobis homines, & dixerint omne malum adversum vos.* (Mat. 5.) Quare beati? Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in caelis. Quibus verbis lubuædit Chryl. ap. Speran. de Pass. Dom. punct. 13. *Ecce! Pro maledictis reviviscuntur maximam pollicetur.* Incarnato mundi Servatori quondam adductus est miserum hominum, quem infernalis infestor matum simul & surdum fecerat. Benignissimus Dominus hominem miseratus expulit malignum spiritum, illicque tam lingue, quam aurium officium restituit. Admiratus est populus tanti prodigii spectator, fueruntque ex illis nonnulli, qui blasphemam maledicticia effutire ausi sunt. In Beati Sabul Principe demoniorum ejicit demonia. (Luc. 11.) Quid Christus ad tantam contumeliam non a Julia super blasphemias evocavit? an non ter sub eorum pedibus delirere fecit? Nihil minus. Tunc, injurias dissimulavit, & deita lenissimis verbis impudentiam illis exprobravit. Et ecce! hoc viso manufactudinis prodigio fuit quidam mulier, quæ extollens vocem de turba dixit Christo: *Beatus vester, qui te peccavit, & abra, que suscepit.* Quibus verbis illum verum Dei Filium & mundi Redemptorem professæ est. Adverte hic, mi Christiane, cum doctissimo Manlio Bibl. T. 4. tr. 68. disc. 4. §. 8. Cum Christus Dominus demonia ejicit, necdum adoratur, verum cum sine ulla ostentata ad insipientes contumelias tacet, tunc pro Dei Filio proclamatur. Eundem ferè in modum, cum te, nescio quæ, quantaque opere productentem conplexer, necdum te de beatitudine securum pronuncio; verum cum videro, quod injarianti amice respondeas, & percutientis manum osculo veneris, tunc eni invero Beatorum catalogo te inscribam & exclamabo: *Beatus vester, qui te peccavit.*

7. Dic, mi Christiane, quid ad haec! Non inferior, inquis, patientia est admirabilis, sed & difficilis, & impetrata fere impossibilis virtus! Eheu! quis illum in tanto perfectionis gradu sequetur? Audi, quid respondeam? Admiratio facile, patientiam esse donum calidissimum; nemini debitum; & ex mera Dei liberalitate profectum. Hunc in finem est illud, quod Cassianus ap. Diversor. c. 7. tit. 19. n. 11. prohibet: Christianorum non modo serido carceri ergastulo captivatus, & mille animis miserandum in modum afflictus, cum a gentilibus contemptim interrogaretur, quid miraculorum operam esset Christus? respondit: Nonne id satis miraculorum est, quod mihi inter vestras persecutiones patientiam tribuit? Veram & illud innegabile est, ad acquirendum hoc patientiam donum ex nostra cooperatione multum posse conferri. Vis, ut praxin & exercitiam te doceam? Arnulphum quemdam antiquissimum saeculi Abbatem discipuli, quos in vita spirituali erudiebat, perquam moleste rogabant, ut sibi solidae ac verae patientiae regula traderet. (*In Vita. P. 1. s. cap. 15.*) Facit Abbas, & quosdam statum, quae in horro crebra Rabat, lapidibus ac fumo, iusticiis fratris impetit. Alia vice coram statua genitricis blanditissimae illam ac laudibus demulcebat. Querentibus, quid haec statuae persecutiones aut blandimenta sibi vellent, respondit: Haec in vestro conspectu factenda esse debent, ut patientiae exercitium vos doceam; dicite enim, cum statuam hanc lapidibus percussam, an repugnavit? an ira exarsit? an verba contumeliosa retulit? Iterum, cum illam blandimentis, & laudibus demerui, an sibi complacuit? an gaudium exultavit? Nihil id genus? Ergo & vos ad aliorum incursum oportet profectus esse insensibilis, nec ad hominum laudes extolli, nec ad contumelias deseri, & sic genium patientiae donum non sine magna animi vestri tranquillitate adipiscimini. Imprime cordi tuo, mi Christiane, hanc doctrinam! Si vere patiens esse cupias, necesse est, ut statum imiteris, quae nec ad prospera, nec ad adversa haeclatur & movetur.

Et cur inter opera misericordiae numeretur.

8. *Esopus.* C. pio omnia! sed scrupulus per omnem, quae hactenus allata est, dissertationem, animum subit. Quis scrupulus? quae causa est hanc patientiam inter opera misericordiae numerari? quid prodest proximo, si injuriam & adversitatem patiens sum? Prodest vel maxime; si enim verba contumeliosa non recipio, sic patientem non repercutio, sic persecutiones non vindico, hac mea patientia exasperatum proximi animum mitigo; & sic ille iurare, peccata peccatis agere, & Deum offendere desinit: Nonne grandis haec est misericordia? Joannes quidam in Anglia Canonice (*Supra op. Divers. c. 7. tit. 19. n. 16.*) a quadam subdi-

torum suorum contumeliosissime habitus ne verbum quidem contra mutare ausus est. Rogatus ab amico, cur tam enormis injuria patienter devoraret? cur non fulmina fulminibus runderet? cur non oblatus os alapis oppelleret? respondit: Non est prudentia conformare, incendio oleum infundere; Nota tibi pro coronide hoc principium, mi Christiane; Cum a pro, animo in fama, in vita, in fortibus offenderis, cogita, quid prodest recipere injurias? Sic proximi animum magis exasperat, hostilitas radicatur, contumelia multiplicatur, Dei preceptum magis violatur, peccata incrementum, calumnia trahitur, & infernus exultat. Haec, inquam, tecum ipse cogita, dein Dei & proximi amore illam injuriam diffimula, & certus esto, te haud exiguum misericordiae opus operatum fuisse, & teo quondam proelio coronandum. Amen.

In Feflo Sanctae Annae Matris B. M. V.

CONCEPTUS LXVI.

De septimo Misericordiae Spiritualis Opera, quod est, Injurias libenter condonare.

Simile est regnum calorum thesaurorum absconditorum. Mat. 13.

Injurias libenter condonare est valde misericordiosum opus ab hominibus iustis summe estimatum, & a peccatoribus male spargatum.

1. **T**hesaurum vobis, Dilectissimi, aperio, thesaurum pretiosissimum, incomparabilem, ac tantum, pro quo ipsum calum, & inestimabile beatitudinis divitiae comparari licite possunt; Dicite, inquis, pro omnem vitam salvantem aut septuaginta annos protrahant in caelestia deservit & ab omni hominum consorcio prociat inter sylvarum ac montium, solitudines remotus diu noctaque Dhyman Majestatem de genu adoraret? Dicite, inquis, ea ultra in egenos liberalitate, ut facultates omnes, etiam millionem & millionem asurgentes, in eorum subsidium expenderet? Dicite, inquis, ea vixeret austeritate, ut jejuniis extenuatum, & sacco cilicio excarnificatum corpus quotidie flagellis crudelissime creurentaret? Dicite, inquis, ea foret in Deum religiositate, ut Hierosolymis loca sacra Chr. Domini vestigis sanctificata, item Roma Apostolorum limina, & Compsoletis sepulchrum S. Jacobi continua peregrinatione veneraretur; nonne talis immensum meritorium thesaurum colligeret, dignisque videretur; qui sublimissimis Martyrum, & Confessorum choris in beata calipatria accendatur? Verum longe pretiosior & comparari etiam facilior thesaurus est, quod hodie vobis offero. In quo ego consistit iste thesaurus? Consistit in sinceris & libentis animo facta injuriarum condonatione; ita enim Christus Dominus cum S. Alberto Episcopo discurrens ausus est: (*Boland. T. 1. s. 4. p. 11.*)

1. *Abbas.* Qui generoso animo ex mei amore injuriam inimica condonavit, mihi majus obsequium, & sibi ipsi majus meritum praestat, quam omnes illi, quorum supra meminimus. Condonatio injuriarum tam excellens est charitatis actus, ut hominem non solum beatitudinis quasi secutum, & Beatorum consortem, sed & Filio Dei simillimum efficiat. Cum Incarnatus mundi Redemptor inter extremos vice singulari in cruce pendit, diversum & dubium fuit de illo judicium; putabant aliqui, illum esse deceptorem morte dignum, alii, esse saltem Prophetam, verum inter has dubiorum tenebras crucifixus latro agnovit illum esse vere Filium Dei. Ex quo agnovit, an ex solis & siderum oeclypsi? an ex terrae motu, & reformatione sepulchrorum? an denique ex auditu Christi profectus? Nihil horum! Agnovit Christum esse vere Dei Filium, ait S. Vincentius Ferrerius Ser. de bon. Latr. cum illum inimicis ex toto corde ignoscere, & veniam etiam persecutoribus rogare vidit. En! mi Christiane, cum te orare, jejunare, carum materare, egentibus succurrere, & etiam prodigia operari conspexero, nequam te de salute certum produciabo; verum cum pro inimicis injuriaribus & ad mortem usque persequentibus orantem audiero: *Pater dimitte illis, inquit, quid faciunt; tunc a numero dicam te esse beatum, & Dei Filium. Non misisti Deo facis aequalem!* ait S. Chryl. Hom. 41. in Act.

2. *Proposita.* Quam in finem ista differam, haud distulter sentietis, Auditores! Nempe, gradum erit de septimo misericordiae spiritualis opere, quod est, injurias libenter condonare, & prima quidem parte Laudanda haec virtus, altera parte defendenda erit contra oblationes eorum, qui vindictae magis, quam charitatis legi obsequuntur. Sed quare remissio injuriarum aumerat inter misericordiae opera? an proximo emolumentum confert? Confert utique; quia illam charitatis exemplo adhaeret, rancorem mitigat, & ab ulteriore vindicta cohibet. Atque in hoc sensu ait S. Aug. l. 30. Homiliar. Hom. 6. *Et misericordia cordis est dimissio ei, a quo laesus es.* Favete!

S. I.

3. *Confirmatio.* Manifesto, quae illas nobis injurias benigne remittimus, est virtus insidelibus, id est, ethnicis & haereticis, quidem incognita, Christiano autem propria, & in ipso Baptismatis Sacramento una cum habitum charitatis insula. Notissimum est, animalia omnia, quae in terris habitant, etiam in mari inventis, uti urlos marinos, leones marinos, bufones, serpentes, araneas marinas & alia omnia; ea tamen differantia, ait S. Amb. l. 5. Hexam. c. 2. quod *Beatus animalis dicitur in lingua humana, atque ipse magis dicitur, quodammodo sicut in lingua humana dicitur in lingua humana. Quae causa hujus differantiae?*

Deus initio mundi creandi aquis benedixit, & ipse Sp. Sanctus, qui *fecerat super aquas* (*Gen. 1.*) illas obumbravit, contra vero terra obpravationem propterea maledixit: *Maledicta terra in opere suo.* (*Gen. 3.*) Quiddam haec de re fit, per aquas in sensu allegorico intelligit Cornelius a Lapide in Gen. 1. Sacramentum Baptismi, cujus aqua Sp. Sanctus quasi incubans nos parturit & regenerat. Ex quo sequitur, quod, licet Turca, Judaei, pagani sint filii terrae, errorum veneno turgidi, quibus loquere est dentem pro dentem, sanguinem profanguine respicere, Christianus tamen aqua Baptismi sanctificatus absque vindicta veneno innoxius manifestare debet: Edo, quod insidelo vel verbulo laesi insulari subumum, & serpentum virus spuant; Christiani autem non sic, utrosque quibus a Christo didicimus & preceptum est: *Diligite inimicos vestros!* Quare? Quia sanctissimi matris, filii Sacramento Baptismi regenerati. Hinc eandem doctrinam Divinus mundi Redemptor alibi nobis inculcans ait: *Audistis, quia dicitur est antiquis: Diligite proximum suum & odio habete inimicum suum!* (*Mat. 5.*) Nota: Christus Dominus citat Scripturam veteris testamenti, & illa quidem verba, *Diligite proximum suum, & energie nobis inculcat, cetera autem, *Odio habete inimicum, quae, prout nonnulli opinantur, a quadam scribarum aut Rabbinarum ex fustro falloque dictamine annexa sunt, penitus expungit, subijcens illud: Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benedicite his, qui oderunt vos!* Et revera, quod Dei Filius verbis docuit, etiam opere complevit; quamdum in hac mortalitate vixit, teneri semper peccatores amavit, cum his epulabatur, hoscecum circumduxit, ab his pedes & caput sibi lavari permisit, Petrum post intra negationis delictum innocenti Joanni in Ecclesiae primatu praetulit, aliis in suis infirmitatibus opem tulit, cecos illuminavit, adulterum defendit, multos loqui, fardos audire, & mortuos revivificare fecit. Cur autem & quam ob rem Christiani adeo tenere amavit peccatores? Nempe ideo, quia fuerat causa sine ratione ac morte. Oh mi Deus, si ad levem quamvis verbis puncturam in laribus ageas, & vindictam clamans, non es Christianus, non es Christi exemplaris tui imitator!*

4. Quid? an ergo peccati non resistam? an vite, sanx & fornarum iustitiam libens faveam? Mi Christiane, crasse decipieris! nunquam potentis & te & res duas defendis, quam cum inimico non resistis; tunc enim Deum defendo, rem habes, qui quasi ex profano diabolo obtingitur, et suam Potentiam & Providentiam in tu protectionem impendat; Audi Davidem dicentem: *Fulsum adjutorium meum a Domino.* (*P. 7.*) Quid? quomodo loquitur Rex? Iustam adjutorium? an Dei adjutorium ex iustitia sibi debere praetendit? Ita est; percipite rationem; David ad injurias Regis Saul fuit manifestissimus; Trinis omnino vicibus, nimis prima vice, cum Argusam aliqui delatum ex eo, quod Dominus